nario. trecenti ꝓ ternario ponūt Quart⁹ vſus eſt a mille vſqʒ ad mile milia vel milies mille milia q̄ ſe quunt dicūt miriades vbi ſp q̄ poſſidet ſextū locū eſt pfect⁹. ſ. ſexmilia ł ſexagi ta milia ł ſexcenta milia. Sexagenari⁹ igit nūe- rus ↄſtat ex ſenario ⁊ dena rio. Nā ſexies decē ł deci es ſex. fiūt ſexagīta. p de- nariū itelligit vet⁹ lex ꝓpt decalogū vbi ſcribit nō oc cides nō mechaberis ⁊c̄. p ſenariū aūt noua lex ꝓpt ſex opa mie. Eſuriui ⁊ de- diſtis mihi mādūcare ⁊c̄. Per ſexaginta ergo acci piūt oēs pfecti ſub veteri ⁊ nouo teſtamēto vt ꝓbē ⁊ apl'i armis ſpitalibus ī ſtructi ↄ vitia fortes ad bo na opa ſtabiles Hij lectuʒ ſalomonis ābiūt. qr ecciaʒ lectū xpi orōe p̄dicatōe. ex emplo ⁊ ſcripto muniunt Ipi ex fortiſſimis iſrł' ſūt qr ex xpiāo ꝓplo deū viſu- ro electi ſūt Iſrahel nāqʒ eſt nomē bn̄dictionis. ⁊ ſo- nat vir vidēs deū. ⁊ ſigni- ficat ꝓpl'm fideliū q̄ viſur⁹ ē deū Ex hijs ſunt iſti ele-

ctí fortiſſimi · in v̄tutib⁹ in
ſupabiles a alios ad bonū
cōfortātes · oēs in ꝓmptu
tenētes fide a ope gladios
p̄dicatiōis noui a veteris
teſtamēti · a ad bella ſpūa-
lia doctiſſimi ꝗ́ dcietes mille
artes demonū a naturas
vitioꝝ · Nō em̄ pugnāt ꝯ̄
hoīes · ſꝫ ꝯ̄ ſpiritales neq̄ci
as · ſcriptis autem contra
hereſes ·

Uniuſcuiuſqꝫ enſis ſuper femur ſuum · ꝓpter timores nocturnos

Hoc eſt cuiuſqꝫ opus ē vt
p̄dicatio eius · qꝛ ope a en
ſe pugnat p̄dicatiōe vt ſe
more gignit · timēs ne duꝫ
eius vita deſpicit̄ · ſermo p̄
dicatiōis ꝯtemnat̄ ¶ Ver
bum p̄dicationis per ſil̄e
dr̄ gladius vel enſis · qꝛ ſi-
cut gladius aīam a corpe
ſepat Hic verbum dei ani
mam a vitijs vel malos
a bonis ſeparat · Per fe-
mur notatur generatio ·
Duo femora ſunt due le-
ges · p quas doctores gig-
nunt filios ſpiritales · Ti-
mores nocturni ſunt inſi-
die dyaboli · que ducūt in
cautos ad et̄nas tenebras
inferni Vt ergo enſis cor-
pus ſecās ſup femur poni
tur Ita verbū dei reſecās
vitia ſuper predicatione
vniuſcuiſqꝫ dē veteri a no
uo teſtamento prolata do
minatur · vt cognitiones
ab anima a mala opera a
corpore amputet · a filios
eccleſie heredes regni dei
pariat a timores noctur-
nos ſcꝫ inſidias dyaboli a
verſucias hereticorum ec-
cleſie hoſtium repellat
¶ Notandum q̄ deus in
ſenario numero omnia o-
pera ſua pfecit · qui cōſtat
ex ternario a binario a vni
tate Per ternarium trini-
tas · Per binnarium dile-
ctio dei a proximi · Per v-
nitatem vero exprimitur
vnitas eccleſie · in qua om
nes perfecti ſunt cuſtodes
lecti xp̄i · ¶ Tropologice
lectulus ſalomonis ē ſpūa
lis conuerſatio vel anima
iuſti · in qua requieſcit de⁹
vt ſcribit̄ Sup quē reqeſ-
caꝫ niſi ſup humilē a q̄etū
a trementem verba mea ·

hunc lectum ſexaginta ex iſrahel ·hoc ē oēs ſpūales deū mēte ɔtēplātes·v̄bo ⁊ exēplo ambiunt gladios diſcretiōis tenētes falſos fratres a veris reſecātes· ad bella vitioꝝ v̄tutibus docti· qꝛ vniuſcuiuſqꝫ ēſis ſup femur ſuū.i.ſeueritas vite cuiqꝫ carnalitati dominat̄·dū carnē macerāt corp⁹ in ſuitutē redigunt ꝓpt̄ tīores nocturnos ſcꝫ ꝓpter inſidias dyabolice fraudis·qb⁹ in ꝑuidos ꝑ trahūt ad nocte ēſne dānacionis ¶Juxta Anagogen v̄o lectulus ſalomoīs eſt eſna btitudo· in q̄ reqeſcit eccīa que iā migrauit de h⁹ mūdi exilio Hāc ſexagita foꝛtes ex iſrł̄ ābiūt qꝛ oēs veteris ⁊ noui teſtamēti ſcī deū vidētes eā circūdāt tenētes gladios·i. p̄mia ei mōſtrātes· q̄ iam receperūt ·ꝓ hoc qꝫ i vita gladio v̄bi ſalutis ɔtra vitia pugnauer̄t·qn̄ ad bella ſpūalia docti·i·exercitati erāt·vniuſcuiuſqꝫ enſis ſup femur ſuū· qꝛ cuiuſqꝫ merces apparebit quā ꝓ hoc recepit qꝫ enſe diſcreci onis libidinē carnis reſecauit·ꝓpt̄ timoꝛes nocturnos·i·ne eſſet ſocius cū demonib⁹ in nocte eſne moꝛtis ¶Regina domū ɔuiuij ingreſſa multis comitata filias ihꝛł̄m admirantes aſcenſu eius ad lectū ſalomonis hoꝛtatur vt ſecū intrent ad ɔuiuiū· laudans decoꝛem domus dicens·

Ferculum fecit ſibi rex ſalomon de lignis libani·colūnas eius fecit argenteas reclinatoriū aureum ·aſcenſum purpureum media caritate conſtrauit propter filias iheruſalem·

Et ideo mecū intrate·⁊ in tam celebꝛi domo· celebꝛe ɔuiuiū frequentate Scilicet eccīa gentiū lectus xp̄i ⁊ domus ɔuiuij facta oēs de iudeis ł gētibus īuitat vt ꝑ fidē veniant in ſe per dilectionē requieſcāt·epulas eterne dulcedinis per opatiōnē meant ¶Ferculū eſt equocum· ferculū

eſt refectoriū. Eſt ⁊ lectus. Et eſt menſa ⁊ diſcus ⁊ cibus. a ferendo dictum.

¶ Traditur ꝙ cenaculū grā de ſtratū i q̄ xp̄s cū apl'is recubuit qn̄ corp⁹ ſuū eis tribuit in eodē loco fuerit vbi olim ſalomon hoc fer culū fecit in qᵒ reginā in troduxit ¶ Sciendū vero ꝙ iuxta lrām rex ſalomō multis delicijs affluēs ta le ꝯſiſtoriuꝫ vel refectoriū fecit vt hic ſcribitur In quo lectū ⁊ menſam auro ⁊ gē mis ornatā habuit. ¶ Eſt aūt ꝯſiſtoriū dom⁹ iudicij. Refectoriū domus cōuiuij

¶ Sed iuxta allegoriam xp̄s fecit domuꝫ iudicij in qua iudicat bonos ad glo riam malos ad penam Fe cit etiā ⁊ domū ꝯuiuij in q̄ reficit corpe ⁊ euangelio ſuo oēs in ſe credentes di cens. Venite ad me fide ⁊ dilectione oēs q̄ laboratis in tribulationibus mundi ⁊ onerati eſtis pctīs l' preſ ſuris. ⁊ ego reficiā vos eter na refectiōe. ¶ In qua do mo lectū ⁊ mēſam .i. clau ſtralem requiem ⁊ ſacraꝝ ſcripturā poſuit vt videli cet in laborib⁹ ſeculi feſſi in lecto requieſcāt ⁊ famē vbi dei pacientes de mēſa cibum ꝑcipiant ¶ Salo mon namq; qᵒ ſonat paci ficus eſt xp̄s q̄ inimicicias inter deū ⁊ hoiem ſoluens ⁊ oīa in celis ⁊ in terris pa cificans q̄ eſt rex glorie re gens ſingulos ordines ec cleſie. Hic fecit ſibi fercu lū .i. domū ꝯuiuij de lignis libani ſcꝫ ecclīam de oibus electis ad honorem ſui.

¶ Libanus q̄ppe eſt mōs in terra repromiſſiōis ad cuius radices oritur iorda nis. cuius ligna ſunt cedri pulchritudine ⁊ ꝓceritate ſup omnes arbores. ⁊ inputribiles. odorifere ⁊ a vermibus illeſe Cum in ſacra ſcriptura ponuntur nomina moncium vel vr bium vel locorum tūc aut nominū interp̄tatio vel ſi tus locorum vel rerum ibi geſtarum ſignificatio no tatur. Et licet tota illa ps ſcripture i agrografia no minatur plena ſit ſimili tudinibus. tamen ꝑcipue iſte liber p ſimilitudines eſt contextus ¶ Criſtus

per ſiľitudinem. dr ( mōs ) qꝛ duo notātur in monte. ſcꝫ firmitas ⁊ altitudo. ita xp̄s firmus eſt in potētia ⁊ altus in v̓tute · hic mōs ( ſcd̓m danielē ) totum mū dum impleuit qꝛ xp̄i pre dicatio totum orbem re pleuit · ¶ In hunc mon tem ( ſcd̓m yſaiam ) oēs gentes aſcendunt · quia in xp̄m omnes gentes cre dunt · Super hunc montē ( ſcd̓m dauid ) ciuitas dei edificatur Quia ſuper fir mam fidem xp̄i ⁊ ardua p̄cepta eius eccleſia fūda tur · ¶ Lybanus dr candi datio · ⁊ xp̄s eſt candidus quia de caſta virgine ſine labe pc̄ti natus. De quo monte oritur iordanis . qꝛ de xp̄o ortus eſt baptiſm9 ¶ Huius libani ligna ſūt omnes electi fide pulchri. ſpe proceri · caritate odori feri de quibus facta eſt ec cleſia domus ꝯuiuij ¶ Co lumne que hanc domum ſuſtentant argentee ſunt apľi · ⁊ eoꝝ ſucceſſores epi p̄dicatōne recti. eloquētia ⁊ vita mōi · q̄ v̓bo ⁊ exēplo ſuſtētāt domū dn̄i In hac

ē reclinatoriū aureū. cōis vita clauſtralium In q̄ ſe xp̄us inclinat ad pauſan dum · ⁊ ipſi a labore mūdi requieſcūt ad deum ꝯtem plandū Qd̓ eſt aureū · qꝛ ſapientia puruꝫ · caritate fulgidum ¶ In hac aſcen ſus purpureus eſt marti rū chorus ꝓprio ſanguine purpuratus Purpura ex ſanguine piſcis ꝯficit̄. Piſ cis eſt xp̄us · q̄ in humano genere latuit vt piſcis in vndis · ſ captus eſt hamo nr̄e mortalitatis Cui9 ſāſ guine tincta eſt purpura · ſcꝫ eccl̄ia · que ſequens xp̄i veſtigia ꝓp̄o ſanguine eſt purpurata Per hūc aſcen ſum ad xp̄m ſcādūt . q̄ exē plo martirū ſanguinē ſuū fundūt ꝑ xp̄o · ¶ Media ſtrata ſunt caritate Quā tū ad lrām pauimentū in ter duos parietes mediū erat marmoreis ⁊ vitreis cultris mirifice ſtratū oi bus hyſtorijs ad dilectio nem ptinētibus diſtinctuꝫ Varie quippe ymaginum forme erāt opi illi ipreſſe · ¶ Significat aūt in domo dn̄i turbā fideliū agricul

tiire inſudantiū. q̄ ymagines dilectōis ſibi impſſas ōndūt. dū ꝓxis in neceſſitate reb⁹ ſuis ſubueniūt.
Hūc ornatū fecit ſalomon (ꝓpt filias ihrlm) q꞉ xp̄s ecclesiam domū ſuā diſpoſuit vt q̄dā in ea ſint colūne q̄dā recliatoriū. q̄dā aſcenſus. q̄daꝫ ꝑ opa caritatis fiant filie ihrlm eſne pacis. ¶ Tropologice aūt ſic intelligit̄. Ferculū fecit ſibi rex ſalomon de lignis libani hoc eſt lectū cedrinū. colūnas. i. ſpōdas lecti fecit argētias. reclinatoriuꝫ vbi caput reclinatur fecit aureū aſcēſum. ſ. ſcabellū fecit purpureum. media ſtrauit caritate. ſ. lectiſternia erāt intexta reb⁹ caritatē exprimētib⁹. ¶ Lect⁹ de lignis libani factis eſt ſcā aīa. de exemplis ſcōꝝ reꝗes xp̄i facta. Cuius colūne ſunt q̄tuor principales v̓tutes. ſ. prudētia. fortitudo. iuſticia. tēpantia. q̄ ſunt argentee. ſ. ſplendide q꞉ faciunt aīas ſplendidas q̄s ſuſtentāt. hui⁹ reclinatoriū eſt aureū ſcꝫ bona ꝯſcia in q̄ reclinat ſe ſa pietia vt auꝝ pura. ⁊ ī camino tribulatiōis excocta h⁹ aſcenſus ē celeſtiū appetit⁹ q꞉ q̄dāmō aſcēdit dū frena ꝯtēnit celeſtia appetit Qui ē purpure⁹. q꞉ q̄ ꝑ ardua v̓tutū greſus molitur. mox a mal̓ pſecutōeꝫ patit̄. ⁊ ſine ſanguinis effuſiōe martir effiat̄ Media ſūt ſtrata caritate q꞉ inter reclinatoriū aureū ⁊ aſcenſū purpureū medie ſūt vigilie elēoſine ieiunia q̄ caritate cōdita erūt accepta ſine caritate non ꝓderunt facta. hmōi lect⁹ factus eſt ꝓpt filias ihrlm. hoc ē vt fideles aīe filie eccie ī eo requeſcāt. ⁊ ſpōſus xp̄s in eis ¶ Anagogice v̓o ſic exprimit̄ (ferculū fecit ſibi rex ſalomō de lignis libaī). i. mēſā cedrinā (colūnaſ). i. pedes mēſe fecit argēteas reclinatoriū aureū. q̄ ātiq̄ ſolebāt p⁹ prandiū caput r̄clinnaē (aſcenſū) ḡduū (purpureum media caritate conſtrauit). i. menſale formis caritatē repſentātibus variauit ¶ Menſa ē ſacra ſcriptura. In qua diuerſa ſunt deliciarū fer

cula ferculũ eſt etiã diſc⁹ a ferendo dictus. qd̃ iterũ eſt ſacra ſcriptura ferens vite fercula Hec mẽſa facta eſt (de lignis libani) q2 ſacra ſcriptura facta ẽ de ꝓphetis ⁊ apl̃is iudaici ꝓpl̃i in cultu vni⁹ dei dealbati ⁊ poſtea in baptiſma te xp̃i cãdidati Vtrũqꝫ ei ſonat liban⁹ ſcꝫ dealbacio vel candidacio Que ligna ſunt in putribilia q2 facta eoꝝ ſunt coram deo durabilia. hui⁹ mẽſe (colũne) ſcꝫ pedes ſunt q̃tuor intellect⁹. i. hyſtoria. allegoria tropologia. anagoge. que columne ſunt (argentee) q2 ſcripture ſunt eloq̃ntia ſplendide. huius (reclinatoriũ aureũ) eſt corp⁹ dominicũ ſine labe pc̃i purũ In igne paſſiõis excoctuꝫ claritate imortalitatis fulgidũ. in qd̃ ſe de⁹ reclinauit. dũ humanũ genus viſitauit Hui⁹ aſcenſus eſt purpureus. i. ſacra crux ſanguine piſcis xp̃i purpuratus per quã xp̃us ad gloriam. p̃ris aſcẽdit ⁊ p quã eccl̃ia pegrinans eum ſequẽs ad gaudia ſcandit

Media ſtrata ſunt caritate ſiue c̃ia opa xp̃i ab icarnatiõe vſqꝫ ad paſſionẽ ⁊ aſcenſionem plena ſũt caritate. Vel menſa ſacre ſcripture plena ẽ poculis caritatis Que caritas ĩ medio. i. in cõi ẽ poſita vt oẽs p eam fiant filie ihrl̃m celeſtis ⁊ in lecto et̃ne q̃etis. ⁊ in reclinatorio aureo ſcꝫ in ſplendore eterne claritatis quieſcant. ⁊ mẽſam et̃ni conuiuij adeant ac nupcias agni cũ angelis pagãt Poſtq̃ꝫ regina adornata aduenit. rex coronatus ad conuiuiũ ꝓcedit. ⁊ p plateas ciuitatis p̃co clamat filias ſyon ad vidẽdũ coronatum regeꝫ inuitat dicens

Egredimini filie ſyon. et videte regem ſalomonem in dyademate quo coronauit eum mater ſua in die deſponſatiõis illius. ⁊ in die leticie cordis eius

Vox eſt p̃dicatoꝝ p̃conuꝫ

xp̄i filias ſyon id eſt oēs eccias p mundū inuitanti um ad viſionem coronati xp̄i ¶Syon eſt mons in ibe ruſalem ſup quem eſt arx in ibrl'm · q̄ dr turris da uid 7 dr ſpecula Iheruſa lez dr viſio pacis ¶Syon ergo figurat p̄ntem eccle ſiam q̄ p ſpeculum in enig mate ad huc ſpeculať fu tura gloriā Ibrl'm aūt de ſignat ecciam regnantem in celis q̄ia3 fruiť viſione pacis eterne. filie vo ſyon ſunt oēs eccie p orbē diffu ſe · filie vniuerſalis eccie Hijs dr a predicatoribus ſc3 eterni regis p̄coībus ( Egredimī ) de babilonia filie ſyon ( 7 videte rege3 ibrl'm coronatum ) Qua ſi domi i babilone reſidet qui in confuſione infideli tatis latet Quaſi de babi lone egreditur · qui de infi delitate ad fidem xp̄i con uertitur ¶Filie ſyon ad videndum regem ſalomo nem in dyademate egre diuntur. dum eccie per or bem de priori vita per fi dem egreſſe xp̄um regem glorie verum pacificu3 in ſpinea corona admirātes contemplantur Qua coro nauit eum mater ſua ſy nagoga ī die paraſceues. que fuit dies deſponſatio nis illius quo eam deſpon ſauit ſanguine ſuo ( 7 in die leticie cordis eius ) hoc eſt in die paſche quo leta ta eſt q eum quaſi male factorem cum latronibus crucifixit · Solempnis nā q3 dies erat paſche iudeo rum quando crucifixerūt criſtum Ideo alia tranſla tio habet ( In die ſolemp tatis 7 leticie ) ¶Vel in dyademate vident regem quando mente vident cri ſtum in humana carne q̄ circūdedit eum mater ſua maria in die deſponſatio nis illius. id eſt in die īcar nationis quo humanam naturā ſibi ſponſam fecit Et in die leticie cordis ei9. ſc3 in die reſurrectōis quo aſſumpta hūana natura iā imortalis facta in et'nā leticiā ē trāſlata Vel v'go mr̄ multū de imortalitate filij eſt letata ¶Ad litte ram etiam filie ſyon ſunt egreſſe videre chriſtu3 in

ſpinea corona. qn̄ multitu
do ꝓpl'i ⁊ mulieꝝ plangen
tiū ad crucē eū ſequebant̄
q̄bus dixit Filie ihr̄l'm no
lite flere ſuꝑ me ſꝫ ſuꝑ vos
⁊c. ¶ Juxta moralē ſenſū
filie ſyon ad vidend̄ regē
coronatū ( Egrediunt̄ ) cū
aīe fideliū de ignorātia ad
ſciām vl' de mala ꝯſcia ad
ꝯfeſſionē. l' de mala ꝯuer=
ſatione ad bonā ꝯuerſatio
nem ꝯuertunt̄. vt corde vi
ſam xp̄i patientiā ſequāt̄
quā illa die habuit q̊ ei iu
dea ( mater ſua ſpineā co=
ronā impoſuit ) Et mente
ꝯtemplat̄ illā gloriā quaꝫ
ei pr̄ dedit ( in die ſolēnita
tis ⁊ leticie ). i. in die reſur
rectōis q̊ eū gloria ⁊ hono
re ( coronauit ) ⁊ ſuper oīa
opa ſua ꝯſtituit. Juxta
altiorem ſenſum filie ſyon
egrediunt̄ vt regem coro=
natū ) qn̄ aīe de corꝑibus
egreſſe celi palatiū ingre=
diunt̄. vt regem glorie in
decore ſuo videant. quo eū
mat̄ ſua celeſtis ihr̄l'm (
coronauit ) quando deū ho
minem victorem dyaboli
a deo coronatum cū trium
pho excepit ( In die ſolē=
nitatis ⁊ leticie ) ſcꝫ in die
aſcenſionis. q̊ eternā letici
am eccīe contulit Precone
ꝑ vrbem clamāte ⁊ ꝓpl'm
ad ꝯuiuium inuitante ( fi
lie ſyon ) de domibꝰ cater=
uati euolant regem coro=
natū ac reginā gēmis or=
natam ( videre ꝓperant )
quā rex amplexus per ſin
gula membra laudat lau
dataꝫ multis muneribus
donat ſcꝫ apoſtolica tuba
ꝑ orbē intonante ⁊ ꝓpl'os
nationū ad eternas epu=
las inuitante oēs gentes
de domibus ydolatrie pro
ruerūt ad videndā eterni
regis xp̄i ⁊ eccīe gloriam
feſtinauerunt xp̄s eccīam
ad ſe venientem dulci am
plexu excepit multa cariſ=
mata ei ꝯtulit hanc ꝑ ſin=
gula membra laudat. dū
opa fidei in ſingulis ordi=
nibus eccīe ꝯprobat ¶ To
ta q̊ppe eccīa ē vnū corpꝰ
cuiꝰ caput eſt xp̄s. caput
xp̄i deꝰ. cuiꝰ corporis mēbra
ſunt diuerſi ordines electo
rum qui in ſeptē hic diſti=
gunt̄. q2 ſeptiformi ſpiri=
tu diſponuntur Cui dicit.

## Capitulum Quartū.

QVā pulchra es amica mea. q̄m pulchra es et decora

Quaſi dicat O eccl'ia ṗus inimica cū eſſes in babilonia nūc amica ad me conuerſa. iā ſciēs ſecreta mea ꝙ pulchra es in ornatu v̓tutū valde pulchra īteriꝰ in fide. pulchra interiꝰ in ope ⁊ decora. i. valde cara in p̄dicatōe. qꝛ facis q̄ doces. exēplo oñdiſ q̄ mones oculi tui colūbaꝝ ¶ Cum mēbra corpis in ſcriptura ponunt̄. tunc notant̄ eoꝝ officia. cū aues ꝉ aīalia ponunt̄. eoꝝ tunc notant̄ nature ꝉ colores Oculoꝝ officiū eſt de capite lucere. ⁊ corpori ducatum prebere. ¶ Columbe v̓o ſimplices ſunt. ⁊ alias aues non ledunt ( Oculi ) ergo eccl'ie ſunt epiſcopi ⁊ alij p̄lati ꝓuiſores eiꝰ a capite xp̄o lucentes. q̄ coram hominibus verbo ⁊ ope lucēt ⁊ eccleſiam corpus xp̄i exemplis ⁊ ſcripturis ad vitaꝫ ducunt. Hij oculi ſunt vt oculi columbaꝝ. i. vt apti duces eccleſiaꝝ. que colūbe ſunt. qꝛ ſeptem v̓tutes hn̄t. vt columba ſeptē naturas Vel ip̄i oculi tui columbe ſunt. qꝛ ſimplices ſunt. ⁊ neminē ledere querunt Abſqꝫ eo qđ intrinſecus latet. ſ. abſqꝫ caritate q̄ in ſolis oculis meis apparet In v̓bo ⁊ exemplo pulchra es quo exteriꝰ appares hoībus ſꝫ pulchrior es corā me. quo lates interius in caritate ⁊ in v̓tutibus. ¶ Vel tu pulchra es p̄dicatiōe in p̄latis oculis tuis abſqꝫ ypocriſi ⁊ hereſi que intrinſecus latent. in ypocritis ⁊ hereticis Capilli tui ſicut greges caprarum Capilli caput ornant ⁊ muniunt. capre v̓o ad alta aſcendūt Capilli eccleſie ſunt ꝑꝉares. qui eam fide ornāt. vt agricoleꝰ. vel armis muniunt. vt milites ( Greges capraꝝ ſunt multitudines fideliū que ſub apoſtolis de virtute in v̓tuteꝫ aſcenderūt ad martiriū. Ad hoꝝ exēplū.

vt capilli innumerabiles
de lapidiſ in eccīa martires
effecti ſūt Et q̊ aſcenderūt
De mōte galaad qđ dr a-
ceruus teſtionij ⁊ itelligit
martirū exercitꝰ xp̄i q̄ te-
ſtimoniū ꝑhibent xp̄o dū
ſanguinē ꝓ eo fuderunt. ⁊
ip̄e xp̄s ē mons galaad de
q̊ aſcenderūt. qꝛ ſuo exem-
plo p̄ceſſit quē patiēdo ſe-
cuti ſunt q̄ teſtimoniū ꝑhi
bebit eis. Qū̄ ꝯfitebit eos
corā p̄re q̄ hic ꝯfeſſi ſūt eū
corā hoībus ¶ Hyſtoria
talis eſt. Jacob a p̄re bn̄-
dictus apud laban in me-
ſopotamiā eſt ꝑegrinatus
vbi duas vxores accepit.
duodecī filios genuit. ad
patrē redijt. Quē laban ꝑ
ſecutus ꝯp̄hendit. fedus
cū eo inijt. ꝓ ſigno huiꝰ fe
deris aceruū lapidū ꝯgre-
gauerūt. quā galaad .i. a-
ceruū teſtionij noīauerūt.
vt nuter illoꝝ hunc ad no
cendū alteri tranſiret (Ja
cob) eſt xp̄s. laban dyabo
lus Jacob a p̄re bn̄dictus
in meſopotamiā mittitur
⁊ xp̄s a p̄re bn̄dictꝰ in mū
dū mittitur. qui apud la-
ban principem huiꝰ mun
di ꝑegrinatur Jacob accē
pit duas vxores ⁊ genuit
duodecim ap̄los Ille ad
patrem reuertit ⁊ laban
eū ꝑſequit. Et xp̄s ad pa-
trem in celū reuertit. ⁊ dy
abolus euꝫ in mēbris ſuis
ꝑſequit Aceruus lapiduꝫ
eſt multitudo martiruꝫ q̄
ꝯgregantur ad xp̄m Hūc
aceruū non licet laban vt
tranſeat. qꝛ dyabolo nō li
cet vt quēquā de credenti-
bus in xp̄m noceat

DEntes tui ſicut
greges detōſaꝝ

Subaudis ouium Dētes
mordent ⁊ cibū ꝯminuunt
⁊ in corpus mittūt. Oues
aūt alios lacte alūt ⁊ lana
veſtiūt ¶ Dētes igit eccīe
ſunt expoſitores ſacre ſcri-
ptuē vt ꝯfeſſores. q̄ hereti
cos mordaces remordent
⁊ durā lrām ſcripture ex-
ponendo ꝯterunt. ⁊ in me-
moriaꝫ eccīe quaſi ventrē
traiciūt (hij ſūt ſicut gre
ges) detonſarum ouium
hoc eſt ſiles ſunt illis qui
ſub ap̄lis oīa reliquerūt.
⁊ vt oues detonſe nudi ⁊

innocentes cōiter vixerūt
Hij lacte doctrine pri-
mos alūt. ꝛ rebus ſuis vt
lana paupes veſtiūt. ꝛ ſic
oues mortue carnib9 paſ-
cūt. pellibus veſtiunt Ita
iſti carne mortui ſcriptis
ſuis ecciam paſcūt. exem-
plis veſtiūt Que oues aſ-
cenderūt de lauacro. hoc ē
de vtute in vtutem aſcen-
dūt vt in baptiſmate loti
pmiſerūt ( Oēs ille oues
ſunt gemellis fetibus ) q2
oēs illi ɔtemptores mūdi
ſunt pleni gemīa dilectōe
ꝛ qs xpo docendo pariunt
gemīa dilectōe doctos red
dūt ( Et ſterilis nō ē inter
eas ) oues ſubaudis. ꝫ ei-
cit q2 nullus apud religio
ſos vacat a bona opatiōe
ꝛ inutilis ab eis ſecludit(
Hic vitta coccinea labia
tua ) Labia ſecreta cordis
aperiūt Vitta aūt aūt ca-
pillos ſtringit ne defluāt.
labia eccie ſunt mgri q do
cendo alijs apiūt q dētes
ſcꝫ expoſitores expoſuerūt
hij ſūt ſicut vitta coccinea
hoc ē ſicut illi q in primiti-
ua eccia paſſiōeꝫ xpi docu
erūt ꝛ errantes a pctis p-
bibuerunt Coccinū qppe ē
rubri coloris. ꝛ pfert pciū
ſanguinis xpi q redēpta ē
eccia. qd iſti pris referūt
ꝛ eos ab illicitis vbo ꝛ exē
plo vt vitta ſtringūt ( Et
eloquiū tuū dulce ) Dulce
ēſt eloqum doctrine cū qs
ope implet qd vbo docet.
q2 cui9 vita deſpicit huius
etiam ſermo ɔtemnitur.

SIcut fragmen
mali punici. ita
gene tue

In genis eſt verecundia
Mala aūt punica ſunt ru
bea Punica eſt terra affri
ca A pomis. i. a fenicib9 il-
lic aduenientibus dicta vbi
creſcunt malagranata ſcꝫ
poma granis plena nimis
rubicunda. Et ſignificat
paſſionē xpi vel martiriū
in eccia Gene eccleſie ſunt
verecundantes peccare.
vt ſūt monachi ꝛ heremi-
te Hij ſunt ſicut fragmen
malipunici hoc eſt ſicut illi
qui ſub apl'is xpi exēplo
paſſi ſunt ꝛ caſti fuerunt.
Hic em fragmen malipu
nici exterius rubet interi9
albet Ita iſti ēxterius ru-

bent paſſione · Interius albent caſtitate · Et pleni ſunt granis · i · bonis exemplis ( Abſq3 eo qd intrinſecus latet ) ſc3 abſq3 carita te q in corde latet vel abſq3 fomite pcti quod i mebris latet ·

## Sicut turris da uid collu tuum ·

Cu ppa noia in ſcripturis ponunt tuc aut iterptatio nois aut officiu pſone aut rei ab ea geſte ſignificato notat Vnde in melchiſedech hec tria oſiderant · ſc3 interptacio nois qui e rex iuſticie · a officiu regale a ſacerdotale q ſacrificiu panis a vini ab eo oblatu Qui pfigurauit xpm · qui eſt rex iuſticie a ver9 ſacer dos · q obtulit in ſacrificio corpis ſui panem a vinu · Sil'r in dauid tria oſiderant vic3 interpretacio nominis · q eſt deſiderabil' vel manufortis · a officiu qui fuit rex a pphā a res ab eo geſta · q pugnans goliad ſupauit · Qui ſil'r xpm ſignificauit · q eſt rex glorie Et in illa gloria eſt deſiderabilis · in que angeli deſiderat pſpicere · a eſt verus ppheta · q2 oia futura pdixit Et eſt manufortis q2 forte dyabolu in cruce vicit Collu iungit corpus a caput · Turris aut munit ciues ab hoſtibus · Collum ergo eccie ſunt in ſcripturis ſapietes · eccleſiam vbo a exeplo iugetes xpo Dic turris dauid inexpugnabiles · hoc e ſicut primitiua eccia a xpo vo dauid ſc3 deſidrabilia manuforti vt turris fundata otra pſecutores a hereſes · donis ſpuſſancti munita · ita iſti munimie ſcripturaru a xpo ſunt firmati · ad defededa fidei edificia ad repellenda hoſtiu tela · vt muniat ciues ihrl'm q ſut ſimplices · a ciuibus babilonis q ſut heretici · iudei · pagani · falſi xpiani · Que turris edificata e cu ppugnacul' · hoc e illa eccia munita eſt inexpugnabilib9 ſcripture ſentecijs qb9 ſe defedat ab inimicis Vel apl'i fuerut ei9 ppugnacula q2 armis pacie o infideles pugnauerut p eccia

Mille clipei pen-
dent ex ea

Quia ī numere rōnū defē-
ſiões collate ſunt illi eccie
quibus ſe ab aduerſarijs
defendat Et ibi pēdēs oīs
armatura fortiū · qꝛ ad ex
emplū ꝓpoſita ſunt ei oīa
opa illoꝝ q̄ fortꝛ vicia vi
cerūt · vt ioſeph luxuriam
Moyſes auariciā Hic iſti
q̄ ſunt collū eccie ⁊ turris
dauid · qꝛ ecciam xp̄o iun-
gūt · ⁊ ciues ab hoſtibus
muniūt · hn̄t ꝓpugnacula
autēticos libros hn̄t mil-
le clipeos in nūeras ſn̄aꝝ
⁊ rōnum defenſiones hn̄t
oēm armaturā fortiuꝫ ſcꝫ
oēs paſſiones martirum
ſcriptas ⁊ vitas ſcōꝝ ſibi
ꝓpoſitas · Aliter turris
dauid eſt ſacra ſcriptura
ad munimen eccie ſponſe
ſue ɔtra hoſtes a xp̄o rege
xp̄o ɔſtructa hec eſt edifi-
cata cū ꝓpugnaculis id ē
cum autenticis libris In
quibus ꝓphete ⁊ apoſtoli
eius ꝓpugnatores pro ea
pugnant ⁊ eam defendūt
In hac turri pendent
mille clipei ꝙ ſunt omnes
doctrine iuſtoꝝ ⁊ veteris ⁊
noui teſtamenti · ⁊ omnis
armatura fortiuꝫ · ꝙ ſunt
exempla omnium ſcōꝝ · q̄
alios ɔtra vitia fortes fa-
ciant Millenariꝰ nume-
rus mꝉtiplicatꝛ ꝑ denariū
⁊ centenarium Decies em̄
centū ſiue centies decē ſūt
mille · ⁊ denarius decies re
petitus efficit centenariuꝫ
⁊ item centenarius decies
repetitꝰ efficit millenariū
Per denariū intelligitꝛ
p̄miū ī vinea xp̄i · i · ī eccia
ſub decalogo legis laborā
tibus ꝓmiſſum ꝑ centena
riū vō multiplicitas vtu-
tum q̄ tociēs ꝑ decaloguꝫ
repetitur Per millenari
um autem plenitudo gau
diorum que dabitur victo
ribus pro iuſticia certanti
bus ſeu pugnantibus
Mille ergo (clipei) ſūt
vniuerſe doctrine iuſtorū
qui ſub decalogo vixerūt
legis · in mꝉtiplicitate vir
tutum ꝓ plenitudine gau
diorum Hijs armis eccle-
ſiam muniūt · qui collum
eius exiſtunt ·

## Capitulum

DUo vbera tua
ſicut duo hyn
nuli capree gemelli.

Vbera aminiſtrāt lac par
unlis. hynnuli aūt veloci
ter currūt vt ſint in excel-
ſis. Vbera eccie ſunt docti
in vtraqꝫ lege. q̄ puulis in
xp̄o infundūt lac doctrine
mulſum de vtraqꝫ lege.
¶Duo hynnuli ſunt actī
ꝛ ꝯtēplatiui. i. ſeculares ꝛ
ſpūales in fide xp̄i adhuc
paruuli. q̄ velocit currūt
ad lac doctrine vtriuſqꝫ le
gis vel gemine dilectōis ꝛ
ꝯſcendūt de valle lacrima
rū. vt hitent in altis celo-
rum ¶Hij ſunt ſicut duo
hynnuli capree gemelli.
hoc eſt ſiles ſunt duobus
ꝓp̄lis ſub primitiua eccīa
ad fidem de iudeis ꝛ gen-
tibus ꝯuerſis Que eccīa
fuit caprea. qꝛ ſicut capre
ā alta petit. ita ip̄a de lege
ad grām cōſcendit. Et eius
hynnuli ſunt gemelli qꝛ ſi
cut gemelli eodē lacte nu-
triunt. ita iudei ad gētiles
ꝯuerſi eadem doctrinā xp̄i
ꝛ hijſdē ſacramentis Qui
hynnuli paſcunt in lilijs
id eſt fideles in vtraqꝫ vi-
ta deliciaꝝ in v̄tutibus il-
loꝝ qui fuerūt vt lilia can
didi in caſtitate. ꝛ odorife
ri in ſc̄itate donec aſpiret
dies hoc eſt donec veniat
plena dei cognitio. ꝛ incli-
nent vmbre. i. tranſeat ig-
norantia Quā diu hic in
mūdo ſunt. lac vtriuſqꝫ le
gis de vberib⁹ mr̄is eccie
ſugūt in lilijs. i. in florib⁹
ſcripturaꝝ ꝛ exēplis ſcōꝝ
paſcunt. Poſtq̄ illa dies
et̄ne claritatis aduenerit.
ſol iuſticie xp̄us illuxerit
nec docēdi nec diſcendi vl
tra tps erit. ſꝫ ꝯſūmati oī-
bus h⁹ vite tenebris oēs
vt ſol fulgebūt qꝛ deū ſicu
ti eſt in equalitate patris
videbūt. ¶Nota ſeptem
membra ſponſe a ſponſo
laudata. i. ſepte ordines
electoꝝ in eccīa Que ſunt (
oculi) qui occulta pſpiciūt
( capilli ) qui a vicijs pla
ni. foramen acus. i. portaꝫ
celi tranſeunt ( dentes ) q̄
iprobos corrigūt ( labia )
qui ſecreta ſcripture ape-
riunt ( Gene qui de pc̄tis
ꝓprijs ꝉ alienis erubeſcūt

Collū qui vitalez flatum vel cibos doctrine p̄dican do eterna gaudia admini strāt ( Duo vbera ) docti in vtrāqꝫ legem de duob⁊ ꝓplis. Juxta moralem ſenſum ſponſus membra ſponſe collaudat. cū xp̄us ſingula opa fidelis aīe cō probat habet q̄ꝑpe ⁊ ipſa ſua mēbra ſibi ꝯgrua q̄b⁊ pagit ſua officia. que ē aīca quia facit xp̄i precepta Que his dr ( pulchra ). qr ab originali ⁊ actuali labe eſt purgata Cui⁊ ( oculi ) ſunt ratio ⁊ intentio. quarum acumē ſpiritales ſen ſus ſcripture cernit. ⁊ ſequenda intēdit Qui oculi ſunt ( colūbaꝝ ) ſi ſimpli citer iplet q̄ faciēda videt Huius capilli ſunt ſub tiles cogitationes de capi te ei⁊.i. mente ꝓcedētes q̄ vt greges capraꝝ ad galaad aſcendunt cū ad imi tandos martires intēdūt Dentes eius ſunt iuges meditationes. q̄b⁊ duros ſenſus ſcripture ꝯterit. ⁊ in ventre memorie traicit qui ſunt vt oues detōſe. qr a ſupfluiſ cogitationibus ſunt nude ( Labia eius ) ſunt ꝯfeſſio. q̄ ore ꝯfitēdo ad ſalutē aperit q̄d corde ad iuſticiā credit. Que labia ſunt ( vitta coccinea ) dū ꝯfitet̄ ſanguinē xp̄i ee p̄ciuz redēptionis ſue. ⁊ ꝑ hāc cohibet capillos. i. co gitationes ſuas a pctīs Hui⁊ gene ſūt verecūdia q̄ erubeſcit peccaē̄t̄ peccaſ ſe Que ſunt vt ( fragmen malipunici ) qr exteri⁊ ru bent caritate. interius albeſcūt caſtitate ( Collum eius ) eſt intellectus q̄ iungit ſp̄m ⁊ aīam. dū vtrūqꝫ itelligit vnā eſſe ſubſtā ciam Qd colluz eſt vt tur ris dauid cū ꝓpugnaculiſ ⁊ mille clipeis. qr itellect⁊ ſapientis aīe munitus eſt mille ſcripturaruz ſenten cijs Vbera eius ſunt ſapientia ⁊ ſcīa. q̄b⁊ p̄bet indoctis lac doctrine. q̄ ſunt vt ( hynnuli capree ). qr puulos in xp̄o. i. humiles ecclīe lacte doctrine nutriūt ⁊ ad alta v̄tutū ꝓuehunt Juxta Anagogen alci⁊ intelligit̄ de ecclīa peregri nante. Et ne aliquem moueat q̄d ecclīam ⁊ ecclīam

dicimus· drām ponamus
eaꝝ· ⁊ prius de ſynagoga
⁊ eccīa ¶ Synagoga ē mul:
titudo fidelium ſub lege·
Eccīa eſt multiplicitas cre
dētiū ſub grā ¶ Synagoga
dr̄ ɔgregatio ꝙ ptinet ad
irrationabilia ł lapides·
q: iudei baculo legis ɔgre
gabant̄ vt duri ad cultuȝ
dei · Eccīa aūt dr̄ cōuocatō
qd̄ ptinet ad hoīes· qꝛ xp̄i
aīi v̄bo p̄dicatōis ɔuoca:
ti ſunt ad fidem xp̄i ¶ Pri
mitiua eccīa dr̄ numeroſi:
taſ iuſtoꝝ ab abel vſq; ad
xp̄m· ꝓprie aūt primitiua
eccīa eſt vniuerſitas fideli
um p xp̄m ⁊ apl̄os de iu:
deis ⁊ gentib⁹ primo tpe
collecta· Eccīa gentiū eſt
multitudo credētium per
apl̄os ⁊ eoꝝ ſucceſſores
de oīb⁹ gentibus ad fideȝ
xp̄i pducta· ¶ Vniuerſal̄
eccīa eſt oīs xp̄ianitas per
mundū diffuſa· Eccīa im
pfectoꝝ eſt ꝓpl̄us in actīa
vita degens· q̄ hoc mundo
vtit̄ tāq̄ nō vtat̄· ⁊ dilecti
onē ꝓximi ſuat dū eis ne:
ceſſaria ſubmiſtrat· ¶ Ec
cleſia pfectoꝝ eſt cler⁹ in
ɔtēplatiua vita ɔſiſtens· q̄
mundū trāſgreſſus dilecti
onē dei legēdo ⁊ orādo im:
plere nitit̄· ¶ Eccīa pegri:
nās q̄ mł̄titudo in vtraq;
vita celeſtia ſuſpirans
Eccīe in celis regnās ē tur
ba aīaꝝ que pn̄tia xp̄i ſui
ſponſi fruit̄· Eccīa igit̄ pe:
grinans ſua habet mēbra
ſicut ⁊ primitiua eccīa ha
buit ſua ¶ Eccīe an̄ legem
oculi fuerūt p̄iarche q̄ ei
xp̄ȝ p̄figurauerūt ¶ Eccīe
aūt ſub lege (oculi) fuerūt
ꝓphete q̄ ei xp̄m preuide:
runt ſcriptis· ¶ Eccīe ſub
grā oculi fuerūt apl̄i q̄ eā
ſignis ⁊ miracul̄ ad xp̄m
pduxerūt ¶ Eccīe pegrinā
tis oculi ſūt epī ⁊ alīj p̄la
ti q̄ eā p̄dicatiōib⁹ ⁊ exē:
plis ad vitaȝ eternā pdu:
cūt (q̄ aīca) xp̄i dr̄ · qꝛ ad
celeſtia ſecreta vocat̄ Cui
bis dr̄ ꝙ (pulchra) ſit· qꝛ
in actīa ⁊ ɔtēplatiua vita
fide ⁊ ope ē ſpecioſa Hui⁹
capilli ſunt pueri ł laici (
dentes) ſpōtanee paupes
(labia) clerici (gene mo:
nachi (collū) heremite (
vbera) mgr̄i Ipſa ē (co:
lūba) qꝛ ſeptē donis ſpūs
ſancti ē plena· ipa (capra

qꝛ petit alta·ip̄a(ouis) qꝛ
innocens· ip̄a ( vitta ) qꝛ
religiōe diſtricta·ip̄a (ma
logranatū ) qꝛ granis bo
noꝝ opm plena·ip̄a( tur
ris dauid )qꝛ ab hereticis
in expugnabilis·ip̄a ( ca=
ꝛea ) qꝛ eligit a malis bo
na·Per has v̓tutes ī ſuis
mēbris regnat iā in celis.
¶Ecciam ꝑegrinantē p̄fi
gurauit tabnaculū moyſi
in itinere deportatū ¶Ec
cleſiam regnātē p̄figura=
uit ſalomonis tēplū in pa
tria edificatū In taberna
culo erāt ſcā In q̇b⁹ ꝓpl's
īmolabat · erāt ⁊ ſcā ſcōꝝ
in quib⁹ ſacerdotes offere
bāt Per ſcā accipit actīa
vita in q̄ ſeclares militāt.
Per ſcā ſcōꝝ ꝯtēplatia vi
ta in qua ſpirituales labo
rant Ded ⁊ cūcta p̄ntis ec
cleſie miſteria·in eodē tab=
naculo ſunt exp̄ſſa ¶Ta=
bernaculū de loco ad locū
mutabat·⁊ a ꝓplo ad pa=
triā tendēte portabat Sic
eccīa de inferiori ad melio
rem ſtatū mutat·donec ꝑ=
acto itinere hui⁹ vite ī pa
triam padiſi transferat
Templū autē in patria a
ſalomone ſeptē est annis
edificatū de tribus mane=
rijs·ſ·de ſectis lapidib⁹ de
mari ſublato · ⁊ de lignis
cedꝛinis ⁊ de auro puriſſi=
mo qꝛ eccīa tēplū dei in ſu
ꝑna patria a xp̄o v̓o paci
fico ꝑ ſeptē dona ſpūſſan=
cti in hitaculū deo coedifi=
catur · de tribus oꝛdinib⁹
electoꝝ ſcꝫ de ꝯiugatis ī ſa=
lo ſecl'i tribulatōib⁹ q̄dꝛa=
tis·de ꝯtinētibus in v̓tuti=
bus odoriferis·de doctori=
bus in aduerſitate vt auꝝ
exaīatis ⁊ ſapīa fulgidis
In hoc tēplū tranſlatū ē
tabernaculū·qꝛ p̄ns eccīa
tranſfert in illi⁹ iā regnā=
tis ꝯſoꝛtiū·ideo ( ⁊ regina
auſtri ) de ethiopia venit ī
illud templū · qꝛ hic eccīa
de tenebris mundi intra=
bit in celū ¶Poſtꝙ rex cū
regina ꝯuiuium inijt · inde
ſurgēs ad montē mirre·i·
ad libanū abijt In libano
q̄ꝓpe arboꝛes creſcunt de q̄
bus mirra ⁊ thus colligū
tur·quē regina cū filiab⁹
ſyon ad vidēdum regem
egreſſis eſt ſubſecuta ⁊ ab
eo hac laude eſt excepta·

Tota pulchra es amica mea. et macula non eſt in te. Sciendū ā lrām ꝙ rex dic tiſſimus ſalomon turrim in libano regio ſumptū fecerat in q̄ bitare in eſtate ſolitus erat ꝓpt̄ tēperiē aeris. q̄ ibi erat ꝓpt̄ fluenta iordanis Sed ⁊ hoc magnope notandū ꝙ in hoc cātico amoris ſolūmō verba amanciū repſentāt̄. facta aūt ſubintelligūt̄ qꝛ nimirū adhuc cātātes in choreis nō facta ſed v̄ba amantiū repſentāt in cātilenis. ¶ Allegoria talis ē poſtꝙ ecc̄ia gentiū in ꝯſorciū xp̄i eſt recepta. ⁊ a ꝯuiuio corporis ei9 ē refecta. mox ptim in montem mirre creuit. ptim in collem thuris ſurrexit. qꝛ ꝑtin9 vt xp̄m regem ſuū ꝓ ſe paſſū cognouit. exercitus martirū ꝯ tirannos bellum ſuſcepit. ⁊ turba ꝯfeſſoꝝ pugnā ꝯtra hereticos iniit. ¶ Mirra corpa mortuoꝝ ꝯdiebant̄ thus v̄o in ſacrificiū deo ponebat̄ Mons ergo mirre ē multitudo martirum qui in altā v̄tutē paciētie inſtar montis creuerunt. dū varijs tormētis ꝓ xp̄o mortificati ſūt Collis v̄o thuris eſt numeroſitas cōfeſſoꝝ. q̄ in ſcitate in ꝑp̄lo vt collis eminebāt. ⁊ ſe in odorē ſuauitatis deo offerebāt Ad hūc montē ⁊ ad hāc collem vadit xp̄us dicens (vadam ad montē mirre. ⁊ ad collē thuris) Quaſi dicat ecc̄ie ad ſe venienti (Agmen) militum meoꝝ ſcʒ martirū. video i certamine ꝓ me laborare vadam ergo ⁊ ferā auxilium p̄liantibus paciētiā dādo ⁊ coronā glorie vincentibus preparabo (veniam ⁊ ad aciem ꝯfeſſoꝝ) vt pugnātibus ſuccurrā ſapiam ſubminiſtrādo. ⁊ victores gl'ia ⁊ honore coronabo In hoc mōte ⁊ in hac colle xp̄s p fidē ſtetit ⁊ cunctos cuneos ſui exercitus id eſt oēs ordines eccleſie p totum mūdum ꝓ iuſticia certātes oculis miſericordie vidit. ⁊ ecciam laudauit. i. talia opa conprobabit dicens (Tota pulchra es amica mea)

Quod eſt dicere O eccl'ia amica mea·ſciens pr̄is ſecreta·tu pulchra es in oculis ·in capillis· in dētibus in ceteris mēbris tuis · in paciencia in ↄſtantia·in ſapientia · Ergo tu pulchra es ⁊ macula criminis non eſt in te vt aliquis in pugna tormētis l' vicijs vict9 deficiat·ſed armis iuſticie pugnās victor exiſtat ·Ergo in oib9 membris tuis poſt pugnā veni ad me ·⁊ coronabo te( veni de libano ſponſa mea·veni de libano veni coronaberis de capite amana de vertice ſanir ⁊ hermon )Hoc ē coronam ex gemmis de hijs montibus ſūptis iponam tibi:liban9 mons eſt phenicis ⁊ dr̄ cādidatio l' dealbacio Per( libanū ) accipitur hic iudaicus ppl'us· altus in regno· ⁊ candid9 diuino cultu · Per libanū etiā intelligit̄ gentilis populus·qui erat altus ī imperio·dealbatus mūdana gloria dr̄ ergo( veni de libano ſponſa mea· veni de libano )q̄ſi dicat O ſponſa mea pariendo mihi ſpiritales filios · veni p̄ fidez cuȝ magna comitatu de libano ·i·de iudaico ppl'o diuino cultu cādido ·veni cū magna multitudine de libano ·i·de gentili ppl'o im perio ⁊ gloria mūdana dealbato ( veni ) ad me etiā cū turba lapſoꝝ ad pn̄iaȝ conuerſoꝝ ⁊ cū hijs ⁊ pro hijs oībus( coronaberis )

¶ Nota q̄ ſponſā de libano ad coronam vocat· ad quē eū ſecuta fuerat· quia xp̄s hunc coronabit ·q̄ eū ad alta v̄tutū ſecutus fuerit · Et vnde coronat̄ ſponſa( De capite amana ⁊ v̄tice ſanir ⁊ hermō )Amana eſt mons cilicie q̄ ⁊ taurus·ſanir ⁊ hermon montes iudee·in q̄bus leones ⁊ pardi h̄itant Montes ſūt reges ⁊ principes q̄ in ſupbiam extollunt̄·in q̄b9 demones habitant qui ſunt leones· q2 crudeles pardi q2 varijs artibus maligms·De hijs coronat̄ ſponſa· cum predicatione ſua demones expulerit·⁊ principes ad xp̄um conuertit·

¶ Amana dr̄ inquiet9 vel turbulētus vel dens vigi

liaꝝ ( Sanir )vō fetor vel
nocturna auis ( hermon)
anathematiſacio Caput(
amana) eſt dyabolus·ca=
put eoꝝ ſunt amana·i·in
quieti·turbulenti·morda=
ces in malicia vigiles Ipē
eſt etiam vertex eoꝝ q̄ ſūt
(ſanir)hoc eſt fetentes lu=
xuria·⁊ in nocte ignorācie
vt aues inſtabiles Et ipſe
eſt vertex eoꝝ qui ſūt vt (
hermon ) ·i·anathemati=
ſati · hoc eſt excōicati ꝓpa
iniquitate De hijs mōtib⁹
gemme ad coronā ſpōſe
eliguntᷣ ·dū p eā tales ad
pmam ↄuertuntᷣ· Contra
has acies ipſa dimicat ⁊
vincit ·dū eas ad bonū cō
uertit. Coronatᷣ etiā de cu=
bilibuſ leonū·de mōtibus
pardoꝝ· ¶Leo ſignificat
aliqn̄ xp̄m· aliqn̄ diabolū
aliqn̄ ſupbū principem
Leo xp̄m ſignificat vt ibi
Ecce vicit leo d̄ tribu iuda
ꝓpter fortitudinē· qꝛ vicit
dyabolū ·⁊ qꝛ leo tcia die
catulū ſuſcitat Sic ⁊ patᷣ
tercia die xp̄m ·Leo ſigni=
ficat dyabolum vt ibi ad
uerſarius veſter dyabol⁹
tanq̄ leo rugiēs circuit q̄=
rens quem deuoret · ⁊ hoc
ꝓpter ſeuiciā ¶Leo etiā ſi
gnificat principē vt ibi li=
beratus ſum ex ore leonis
hoc eſt de ptāte neronis ⁊
hoc ꝓpter excellenciā ·Leo
nāq3 eſt rex beſtiaꝝ·⁊ beſtie
in ſcripturis ponātᷣ ꝓ na=
turis eaꝝ In hoc loco leo
nes ſignificant demones.
Hoꝝ cubicula ſunt pbi ⁊
immūdi Pardi vero ſunt
heretici in dogmate erro=
ris varij·q̄ꝝ mōtes ſūt he
reſiarche ſcꝫ epi ⁊ mgr̄i e=
oꝝ·ſupbi ⁊ eloquentia tu=
midi In talib⁹ demones
vt beſtie in antris hītant.
Contra tales pugnāt mē
bra eccīe·⁊ ꝓ hijs victis ⁊
ↄuerſis coronatᷣ eccīa ¶A
liter Amana d̄r excelſus ⁊
pr̄ notatᷣ qui ſup oīa axal
tatᷣ ·Sanir d̄r denſa lucer=
na ⁊ xp̄s intelligitᷣ·q̄ eſt lu
cerna eccīe ad vitā ( Her=
mon ) aūt d̄r cōſecratio·⁊
ſpūſſanctus accipitᷣ p quē
eccīa i baptiſmate ↄſecra=
tur ·Caput( amana ) vel
vertex ( ſanir ⁊ hermon )
eſt deus pater · De capite
ergo ( amana )ꝉ v̄tice ( ſa
nir ⁊ hermon )eccīa coro

nabitur. Quia deo patre pro fide filij et consecratione spiritus sancti in gloria exaltabitur. Nunc rex milites instigat ad pugnam. vt accipiant vite coronam Nemo enim coronabitur nisi qui legittime certauerit Legittime certare est. vſque ad noctem. i. vſque ad mortem pugnare. hoc est vicijs et peccatis resistere. Hos coronari. est eterna gloria ſubleuari. Dicit ergo.

Vlneraſti cor meum ſoror mea ſponſa

Quaſi dicat O eccleſia ſoror mea. i. coheres regni et ſponſa mea pariens mihi filios coheredes celi. non ſit tibi oneroſum cauſa mei ſubire certaminis laborem. quia ego prius cauſa tui ſubiui pugne ſudorem in qua vulneratus ſum vſque ad mortem Per cor amor intelligitur. quia in corde eſſe dicitur. et continens pro contento ponitur. Et eſt ſimilitudo ab illo qui nimirum aliquam amat. et eius cor amore vulnerat Ita xpus amore vulneratus eſt eccleſie in cruce. Prius vulneraſti cor meum quando causa amoris tui flagellatus ſum vt te facerem mihi ſororem. ſ. regni coheredem iterum vulneraſti cor meum quando amore tui in cruce pendens vulneratus ſum. vt te ſponſam mihi facerem glorie participem. et ( hoc in vno ~~vno~~ oculorum tuorum et in vno crine colli tui ) Similitudo est ab illo qui capitur pulchritudine oculorum vel crinium puelle. Sicut holofernes iudith ( Oculi eccleſie )ſunt prelati eius qui eam ducunt ad celeſtia( Crines ) ſunt eius ſubditi collum eius ſunt perfecti quos ornant tales capilli Vnum oculorum vel crinium eſt vnitas fidei. quam habent prelati et ſubditi. Pro hac vnitate placuiſti mihi et amaui te et per hac vulnera ſuſcepi. Et pro hac debes tu pugnare vt poſſis coronari. Hoc totum dicitur ſponſe ad regnum deſignate vt accipiat coronam emule id eſt gloriam angelice nature. Hec dicitur

(amica) qꝛ ſponſus ei ape
ruit ſcripture ſecreta. hec
(ſoror) qꝛ fecit eam ſibi co
heredē. hec (ſponſa) quia
parit ei filios regni Tro
pologice Mons mirre cō
templatiua vita (Collis
vero thuris) actiua vita.
Contemplatiui (mirra)
ſunt qꝛ carnem ſuam cum
vicijs ⁊ ꝯcupiſcentijs mor
tificauerunt Actiui vero (
thus ſūt) qꝛ bonis actib⁹
deo odorem ſuauitatis of-
ferunt Ad hos xp̄s vadit
dum eis in tribulationib⁹
⁊ temptationibus ſubue-
nit In hijs fidelis aīa (to
ta eſt pulchra) Qn̄ in om
nibus mandatis ⁊ iuſtifi-
cationibus domini eſt ſine
q̄rela. vel qn̄ deum ex tota
diligit virtute ⁊ ꝓximum
ſicut ſeip̄m In hac nō eſt
macula Hec venit fide. ve
nit opatione. venit̄ p̄dica-
tione. venit etiaꝫ ad xp̄m
cogitatione. vel locutione
venit ope. venit nihilomi-
nus in iuuentute. venit in
ſenectute. venit in decrepi-
ta etate. Venit q̄ꝫ ad fideꝫ
in baptiſmate. veīt ad re
quiem in termino vite. ve
nit ad gloriam in reſurre-
ctionē Et hoc (de libano)
id eſt de candore virtutuꝫ
⁊ ſic fit ſponſa xp̄i in amo
re ei coniuncta. Aliter
Tres ſunt abrenūciatōes
Vna cum quis abrenunci
at dyabolo Secūda cum
abrenūciat ſeculo. Tertia
cū abrenunciat ſemetip̄m
⁊ ſequitur xp̄m ¶ Aīa er
go de libano ad xp̄m veni
ens cū pompis dyaboli in
baptiſmate renunciat Ve
nit de libano cum delicijs
mundi renūciat venit ter
tio cū volūtatibus ꝓprijs
renūciat. ⁊ obedientie ma
ior ſe ꝑ omnia mancipat.
Hec (coronabit̄) ꝓ hoc ꝙ
fugit de mōte amana. hoc
eſt de hijs qui ſūt inquie-
ti ⁊ turbulenti. ⁊ ꝙ fugit
de monte ſanir ⁊ hermon
id ē de hijs qui ſunt in pec
catis fetentes. ⁊ in bono
inſtabiles. ⁊ a bonis excō
munica. ⁊ ꝓ hoc coronabi
tur. ꝙ nunc eſt ſpirituſſan
cti templum. cuius corpri
us erat cubile leonū. i. de-
monū. vel ꝙ ſe ſegregat ab

Hec cor xpi vulnerat duz
ei penitenti p indulgentiā
ↄpatit· cor eius vulnerat
dū ei deſideranti p grām cō
deſcendit Et hoc ī vno ocu
loꝝ·i·in vna intentiōe.qn̄
vnam rem tm̄ petit a dn̄o
vt inhitet in domo dn̄i oī
bus diebus vite ſue· hoc ē
omni tpe xpi q ē vita ſua·
Et in vno crine colli ſui ·i·
in vna cogitatione intelle
ctus qua intelligit eē vnū
deū ſummū bonum Ana
gogice mōs quē rex adijt
eſt celū ·qd xps rex glorie
ſubijt· qd eſt mons mirre
ꝛ coll' thuris.i. habitacio
martirū ꝛ ↄfeſſoꝝ ibi ↄſpi
cit ( amica tota pulchra )
hoc ē eccia regnās in oīb9
ordinib9 ſuis glorioſa( Et
macula nō eſt in ea ) qꝛ il=
la aula non recipit vllam
pcti maculā · Et qꝛ angeli
ſūt ſine pctō·oportet ꝛ eos
ſine macula eſſe pcti.q eis
ſunt coequādi ( hec venit
de libano ) id ē de candore
mūdane glie i principib9
venit etiam de libano·i·de
albedine vtutuz in ſpirita
lib9 venit de libano i bap=
tiſatis fidelibus · Hec de
capite triū montium coro
nabitur . qꝛ deitate triū p
ſonaꝝ glorificabitur. qd
innuūt vocabula montiū
(Amana )quippe ſonat ex
celſus p qd pr intelligit (
Hamir ) lucerna qd filius
accipit ( hermon ) ↄſecra=
tio· qd ſpūſſanctus innuit
¶ Et neminem moneat qꝛ
diuerſe ſunt interptatōes
montiū hebreoꝝ· qꝛ inter=
ptationes noīm mutant
ſm ſcripture diuerſum ſe
ſum Aliqn̄ namqꝫ in bono
Aliqn̄ accipit in malo In
bono accipiūt qn̄ ad ihrlz
·i· ad multitudinē fideliū
referunt In illa glā vide
bit regina regē glie dile=
ctū ſuū maieſtate corona=
tū .quē hic vidit ſuo amo
re in cruce vulneratū Ibi
erit vnū oculoꝝ ꝛ crinium
id eſt vnitas platoꝝ ꝛ ſub
ditoꝝ oīm illa viſione fru
entiū·quoꝝ erit gaudium
deus pacis ꝛ ↄcordie dul=
cedo oīm · ¶ Regina de li=
bano ad coronandū voca
ta cuz maximo comitatu
veīt In quo comitatu ·lx·
ex fortiſſimis iſrl' ad bel=
la doctiſſimos tenētes gla

dios·⁊ filias ſyon habuit
cū quib⁹ pugnā ꝯ amana
⁊ ſanir ⁊ hermon ꝓ coro
na iniuit·⁊ victrix regem
adijt·quam ipē hac laude
excepit.

Qvam pulchre
ſunt mām̄e tue
ſoror mea ſponſa

Vſqꝫ ſurge aq̄lo. In qua
multiplici laude fortia fa-
cta ei⁹ in bello geſta repli-
cat·ꝙ videlicet pugnatu-
ros mām̄is armauit·vbe-
rib⁹ ad certamē informa-
uit In p̄lio ſaucios vngē-
tis curauit· Pauidos la-
bijs ꝯfortauit·laſſos i pu-
gna melle ⁊ lacte pauit ve
ſtitos in pugnā remiſit vi
ctores in orto diuerſis her
bis ⁊ fonte refecit in padi
ſuꝫ ad diuerſa genera po-
moꝝ introduxit ¶ Deinde
in laude decē legiones de-
ſcribit·q̄s ꝯtra acies hoſti
um in pugnā direxit. Per
hec oīa multiplicitaſ eccīe
gentiū notat̄·q̄ de libano
id eſt de candore mūdane
glorie cū magno comita-
tu credētiū ad xp̄m venit.
In quo comitatu reges ⁊
principes phōs. ⁊ oīs ge
neris ⁊ ꝓfeſſiōis ⁊ ꝯdicio-
nis ſocios habuit· cū q̄b⁹
ſpiritale bellū cōtra demo
nes aīaꝝ hoſtes iniijt·⁊ co-
ronā vite a rege glorie ꝓ-
meruit. De q̄ pugna vn⁹
de ducibus ei⁹ dixit Non
eſt nobis collectacō aduer
ſus carnē ⁊ ſanguinē. ſed
aduerſ⁹ p̄ncipes ⁊ ptātes
Qđ eſt dicere·nō ē nobis
pugna ꝯtra hoīes. ſꝫ cōtra
demones Item alius for
tis đt p̄liator Milicia ē vi
ta hoīs ſup terrā·cūctis di
ebus q̄bus nūc milito ex-
pecto donec veniat īmuta-
cio mea. ¶ Fideles quippe
militāt in caſtris regis ſui
contra ciues babilonie ꝓ
corona ꝙ eſt īmutacio·qn̄
iuſti vt ſol fulgebūt. ⁊ eq̄-
les angelis erūt. ¶ Nota
artificialē ordineꝫ. Prius
corone mencionē fecit· de-
inde pugnā ſubintulit· cū
pugna p̄cedat ⁊ corona q̄
eſt p̄miū pugne ſequat̄ qꝛ
nimirū corona pugnātib⁹
ꝓmittit̄· vincentibus da
bit̄ ¶ Et hoc notandū ꝙ in
hac laude hyſtoria deficit

dicut aliqn̄ allegoria vel
tropologia ł anagoge nō
p oia currit In pꝛimis ſex
inſtrumēta ſpiritales pu-
gne laudāt.ſ.māme. vbe
ra.vngēta.labia.lingua.
veſtimenta.p q̄ ſex etates
pugnantiū notant ¶ Diq̄
dē p mamas infantes.per
vbera pueri.p vngēta a-
doleſcentes.p labia iuue-
nes.p coꝛ ſub ligua ſenes
p veſtimenta decrepiti fi-
gurant.q̄ ſex opibus mie
in hac pugna laboꝛant. ⁊
coꝛonā ſenarij qd̄ ē plenū
gaudiū pcipiāt ¶ Deinde
tria refugia pugnātiū po
nunt.ſ.oꝛtus.fons.padi-
ſus.qꝛ ī hoc bello peccatis
vulnerati in oꝛto catholi-
ce eccie herbis pm̄e ⁊ ɔfeſ
ſionis curant.fonte lacri-
maꝝ lauāt in padiſo ſcri-
pturaꝝ reficiunt.Et ſic in
oꝛtū deliciaꝝ ad fonteʒ vi-
te xp̄m transferūt ¶ Poſt
hec deceʒ legiones pugnā
tiū p decē genera herbaꝝ
padiſi ſcʒ p cipꝛꝛ ⁊ narduʒ
⁊ reliquas notant. qꝛ ar-
mis pꝛeceptoꝛum in hac
pugna deſudant.ad dena
riū p̄miū pducunt. ¶ Ad
vltimū fons ⁊ puteus in
laude ponūtur Quod euā
gelium ⁊ lex intelligūtur.
Quia xp̄s bellatoꝛes ſuos
fluentis legis ⁊ euange-
lij reficit. Et laureatos
ad refrigerium perducit.
Dicit ergo rex nutrici re-
gine.

**Quam pulchꝛe ſunt mām̄e tue ſoꝛoꝛ mea ſpōſa: Melioꝛa ſunt vbera tua vino**

Mamme ſūt puellaꝝ lac
non habentiū.ſʒ abiles ad
lac habendum Vbera ve-
ro ſunt mulierum lac ha-
bentium.⁊ ab vbertate di
cuntur. Mamme eccleſie
ſunt infantes in ſcolis diſ
centes.⁊ alij in fide rudes
adhuc lac doctrine ſugen-
tes ⁊ nondum alijs docen
do pꝛoferētes.ſed ad pꝛo-
ferendum abiles. ¶ Hee
māme valde pulchꝛe ſunt
quia multum deo placent
qui ſunt in diſcendis vir-
tutibus q̄ ſunt arma con-
tra vitia ſtudioſi.quibus

qn̄q̃ ſunt cõtra hoſtes dei
pugnaturi ¶ Vbera vero
eccīe ſunt mgr̄i in vtraq̃
lege docti qui lac doctrine
pueris docēdis infundūt
⁊ os ad ſpiritale bellū in=
ſtruūt Vinū qd̄ inebriat ⁊
demētat eſt ſecularis pħia
q̄ mentes hoīm inflat ⁊ in
iactanciam eleuat. Vbera
aūt eccīe ſunt meliora vi=
no. q2 doctrina mgrōꝝ de
vtraq̃ lege ꝓlata eſt vtili=
or. q2 in gemīa dilectione
edificat᷑. ꝙ pħia doctrina
que mentes inflat ¶ No=
tandū ꝙ totiēs repetit ſo=
ror ⁊ ſponſa. Per hoc dat᷑
fiducia eccīe ꝙ ſit coheres
xp̄i vt ſoror frīs ⁊ ꝯſors re
gni vt ſponſa regis ( Et
odor veſtimentoꝝ tuoꝝ ſu
ꝑ oīa aromata ) vngenta
eccīe ſunt v̓tutes ſpirita=
liū. quo q̄ſi vngentis vul
nera pctōꝝ curāt᷑. dū eos
ad v̓tutes informāt ¶ A=
romata ſūt q̄dā odoramē
ta ex multis ſpeciebus ad
cōdienda mortuoꝝ corꝑa
ꝯfecta. ſꝫ ſunt ſupſticioſa q̄
busꝙ maxime iudei vte=
bant᷑. ⁊ q̄ carnales obſer=
uancie ſupſticioſe notant᷑

vnguētoꝝ

¶ Odor vngētoꝝ ē fama
v̓tutū ſpiritaliuꝫ ex carita
te orientiū. vel opinio ope
rū q̄ fiūt ꝑ ſpm̄ ſanctū. hic
odor eſt ſuꝑ oīa aromata.
hoc eſt magis deo placent
quā oīa legis ſacrificia. q̄
fuerūt hoꝝ figura Hec iō
in cātico amoris introdu
cunt᷑ q2 pagani ꝯtēdebant
cū xp̄ianis de pħia. iudei
de legali obſeruācia xp̄ia=
ni ꝯfidebāt in ſola diuina
gratia Phī affirmabant
ſaluteꝫ hoīm conſtrare in
ſtudio ſapīe. Iudei certa
bant eā ꝯſtrare in religiōe
legalis obſeruācie ¶ Xp̄i=
ani certabāt eā ꝯſtrare in
fide diuine grē Hanc ſen=
tenciam ſponſus iudee ap
probat. illoꝝ ꝯtentionem
reprobat dicēs ( Meliora
ſunt vbera tua vino ) hoc
eſt melius eſt ſtudiū in ſa
cra ſcriptura q̄ grā q̄ritur
ꝙ in pħia. qua arbitrium
ſine grā ſalutē non opat᷑ (
Et odor vngentoꝝ tuoruꝫ
ſuꝑ oīa aromata ) .i. ma=
gis placent mihi doctrine
⁊ v̓tutes ſpiritaliū. ꝙ oēs
traditiones phariſeorum
carnalium.

Fauus diſtillās labia tua ſpōſa

Labia eccleſie ſunt illi qui aliꝭ doctrinam narrant. quā ipi de vberibus mr̄is eccie ſuxerant. Hec labia vt fauus diſtillāt.dū dulcem doctrinā quā a magiſtris hauſerāt auditorib⁹ dulciter inſtillant. Fauus eſt mel in cera Mel aūt in cera eſt ſpiritalis intelligētia latens in lr̄a. Sed fauus diſtillat.dū dulcis allegoria de lr̄a manat Taliter In fauo mel latet.cera videt̄ ſic fragilis caro videt̄.in qua ſapia vt mel in cera abſcōditur Mel ⁊ lac ſub lingua tua) lingua eſt interpres cordis. qr q̄d cor cogitat hoc lingua ꝑfert. Cor eccie ſunt ſapientes q̄ per ſpm̄ ſapie diuinos ſenſus ꝯcipiunt.⁊ eos ſcribūt Lingua v̊o ei⁹ ſunt q̄ ea interp̄tando ꝑferūt. q̄ illi vt cor ꝯceperunt Mel eſt dulcis doctrina allegorie.q̄ doctis congruit. Lac v̊o ē ſimplex doctrina hyſtorie q̄ puul̄.i. i doctis ꝯuenit. Mel ⁊ lac ſb̄ ligua eccie eſſe d̄r cū vtraq̄ doctria allegorica ⁊ hiſtorica cord ꝯcepta tāta v̄boꝝ dulcedine ꝑfert.q̄ta dulcedo in melle ⁊ lacte ſentit̄ (Et odor veſtimentoꝝ tuoꝝ ſicut odor thuris) veſtimēto nuda feditas tegit̄. Veſtimenta eccl̄ie ſunt bona opa.quibus tegit turpitudinem p̄cedētiū delictoꝝ. Odor ergo veſtimentoꝝ ē exemplū bonoꝝ opm .quibus ꝯ vitia pugnaturi. q̄ſi lorica veſtiunt̄.q̄ poſſint oīa tela neq̄ſſimi ignea extinguere. Qui odor ē ſicut thuris.quia ſic placet deo ſtudiū bone actionis.ſicut incenſum orōnis. Odor ei thuris deſignat incenſum orōnis vt ſcribit̄. dirigat̄ orō mea ſicut incenſum in conſpectu tuo.

Ortus cōcluſus ſoror mea ſponſa.ortus concluſus.

In hijs qui ſunt māme.i. impfecti es ortus ꝯcluſus ⁊ ſoror In hijs q̄ ſunt vbera.i.pfecti es ortus cōcluſus ⁊ ſponſa Iteꝝ in hijs qui ſunt odor vngentoꝝ

tuoꝝ.i.ɔtēplatiuis es ort⁹ ɔclusus. In hijs qui sunt odor veſtimētoꝝ.i. acti es ortus ɔclusus. Itē in hijs q̄ ſunt labia.es ortus ɔclusus In hijs q̄ ſūt lingua es ortus ɔclusus ¶In orto creſcūt herbe medicinales. et diuerſe flores. Ort⁹ eſt eccīa in qua multe ſcōꝝ vtutes ſūt diuerſe herbarū ſpēs. diuſis vulnerib⁹ pctōꝝ medicinales In hoc orto ſunt varij flores. diuſi electoꝝ ordīes martires vt roſe cōfeſſores vt viole vgines vt lilia alij fideles vt alij flores Hui⁹ orti ortulan⁹ eſt xp̄s q̄ et ſpōſus q̄ eū plantat grā. irrigat doctrina. ¶Hic ortus ē cōclusus in ɔtēplatiuis ſcȝ p̄ſidio angeloꝝ ɔ̄ demones munit⁹ Hic etiā ɔclusus in actis. quia muīmie doctoꝝ ɔtra hereticos eſt circūſeptus In q̄ orto herbe et flores ſunt quicꝫ fideles fide et ope florentes. ¶Coi militudo ē ab orto padiſi. qui dr̄ vndicꝫ igneo muro eſſe ɔclusus. et cuſtodia angeloꝝ munit⁹ vt hoīes inde ꝓhibeat ignis. angeli demones ex eo arceat Ita eccīa ortus dei eſt. diuino p̄ſidio et igneo muro circūdata et angelica cuſtodiā munita vt nec demōes nec mali hoīes ei ad nocendū p̄ualeāt. hoc iō dr̄ vt in ſpiritali pugna eoꝝ impetus nō timeat. cū eā tanta p̄ſidia muniāt. In hoc orto ē fons q̄ eū irrigat ſcȝ ſacra ſcriptura. cui⁹ fluentis eccleſia irrigat̄. hic fons eſt ſignatus qꝛ ſacra ſcripture intelligentia ē cū lr̄a ſignata ſicut ſub ſigillo ſcriptura. ne in dignis pateat q̄d ſecreti ſponſa habeat. ¶In hoc orto etiā ē fons baptiſma. in q̄ lauant̄ criminū vulnera. q̄ eſt ſignatus ſcȝ ſcā cruce vel verbo dei cōſecratus. et hnicis ſigillatus. cathecuminis reſeratus. Alit̄ fons ſordes abluit. ſiti extinguit ymaginem reddit Qui fons ē xp̄s q̄ ē fons vite. de q̄ fluunt flumina aque viue ſcȝ dona ſpūſſancti. q̄bus irrigat ortū eccie vt proferat ſpiramīa floꝝ vite. ¶Hic ſordes pctōꝝ abluit. ſitim ſicientiū iuſticiā. ſacietate

ſue viſionis extiguit ymagīē dei amiſſam aīabus reddit ¶ Hic erat ſignat⁹ qꝫ carne q̄ſi ſigillo erat velatus ¶ Nūc eſt ſignatus qꝫ in glīa patris a nobis celatus ¶ Hic etiam fons dauid patēs ſcribit ·quia mīa xp̄i omnibus penitētib⁹ ptꝫ·vt lacrimis ſe abluant ¶ Sicut dauid vulnera ſui reatus in ea lauabat Sed ⁊ ip̄a eccleſia eſt fons qꝫ ſpiritali gratia ⁊ ſapīa redundās.de q̄ manant plena fluenta doctrine·quibus plantaria orti ſui irrigat vt plurimas emiſſiones pferant (emiſſiones) ſunt virgule de arboribus vel herbis pullulantes De quibus ſubditur.

Emiſſiones tue paradiſus malor̄ punicorum cū pomor̄ fructibus

Ortus eccleſie irrigat⁹ a fonte ſcripture tot virgulata emiſit· quot inde paradiſus ſuccreuit· Ortus eſt locus vbi herbe vel olera creſcūt Paradiſus vbi arbores creſcunt. Paradiſus voluptatis ad lrām ē locus in oriētis partibus oībus corpalibus delicijs plenus in quo primi parētes fuerūt·de q̊ ꝓpter culpam inobīe excluſi ſunt In hoc eſt fons de quo paradiſus irrigat· q̄ ⁊ in quatuor flumina diuidit· In hoc eſt etiam lignum vite ·i·talis arbor ſi homo inde comediſſet nunq̄ꝫ corpaliter mori poſſet. Unde poſt culpam ſcribitur· Videte ne forte ſumat de ligno vite ⁊ viuat ineternum Ibi erat q̂ꝫ lignum ſcientie boni ⁊ mali.de quo ſi comederent bonum ⁊ malum ſcirent Ante comeſtionē fructus huius arboris adam nouit bonum⁊ malum.bonum per experientiā· malum tantum per ſciētiam. ſicut medicus nouit dolorem vulneris· per ſcientiam·non p experientiam· Poſt peccatum autem nouit malum·i·famē ſitim ⁊ alia icomoda p expiētiam

bonū tm̄ ꝑ ſciām· Q̄ꝺ non erat in arboris natura · ſ; in hoīs inobiā Qui ſunt ꝓuinciales circa paꝺiſū ꝺicūt ſibi ꝺe paꝺiſo immitti flores · ⁊ fructus ꝑ fluuiā q̄ inde exeūt· vñ ille ꝓpl'ꝰ viſuit· ¶Allegorice Eccīa eſt paꝺiſus· oībꝰ ſpiritalibꝰ delicijs plenꝰ paradiſus eterm̄ ꝺr ortus deliciaꝝ ⁊ in eccl'ia ſunt oīmoꝺe delicie ſc̄pturaꝝ ꝺiuerſaꝝ artiū multaꝝ v̓tutū In q̊ paꝺiſo eſt fons·i·baptiſmus l' xp̄s ꝑ cuiꝰ fluenta· ꝙ ſunt ſpiritalia cariſmata · irrigatur talis paꝺiſus ·
Quatuor huiꝰ fontis flumia ſunt q̄tuor euāgelia
Lignū vite ē ſancta crux· cuiꝰ fructꝰ ē xp̄i corpꝰ de q̊ q̄ digne comederit· nō morieẗ in aīa ineternū Ligna fructifera ſunt ſcī· fructꝰ lignoꝝ ſcōꝝ opa Lignū ſcie boni ⁊ mali ē liberꝝ arbitrium In hoc ſpiritali paꝺiſo creſcūt ꝺiuerſa genera arboꝝ·i·ꝺiuerſi orꝺines electoꝝ· vbi creſcunt ( mali punici )ſcȝ arbores affricane q̄ ꝓferūt malapunica· vel rubea q̄ ꝺicunẗ malagranata ·i· granis plena ꝙ ſunt martireſ rubei ſanguine· opibꝰ ⁊ granis plenis·has arbores ille ortus fonte irrigatus emiſit· ꝺū ſcā eccīa baptiſmate ꝑfuſa martires ꝓtulit· cū pomoꝝ fructibꝰ ·ſ· cū bonoꝝ opm exēplis· Ibi creſcit ⁊ ( cyprꝰ ) q̄ ē arbor aromatica in egypto hn̄s ſemen ſil'e coriandro · vt habuit māna albū ſublucidum ⁊ odoꝝ· q̊ꝺ oleo coq̊ẗ ·⁊ inde ſuccus exprimiẗ· q̄ cyprus ꝺr vñ regeū vngentū ꝯficiẗ ita ꝺictū ꝙ regius morbus eo curaẗ· Cyprus arbor aromatica habūꝺās i egypto eſt ſpiritaliū ꝯuerſatio· q̄ primitus florebat in egypto· ſiue in tenebris hꝰ mūꝺi q̊ꝺ egiptꝰ ſonat· ¶Huiꝰ ſemē ſil'e ē māne· q̊ꝺ habuit oē ꝺelectamētū ⁊ oēm ſaporē ſuauitatis· qr vita iuſtoꝝ hȝ oē ſpiritale ꝺelectamentū · ⁊ oēm saporē ſcītatis Semē ē albū luciꝺū oꝺorū· qr eoꝝ cōuerſatio eſt alba in caſtitate· luciꝺa in opatōe· oꝺora in caritate· Succus eiꝰ cū oleo coquiẗ· ⁊ in regiū vn

gentum vertit᷑ Quia illoꝝ
vita flāmis tēptacionum
vt auꝝ ꝓbat᷑. q̄ regiꝰ mor
bus .i. lepra aīe vt vngen
to curat᷑. Hoc vngentum
maria dn̄o in domo ſymo
nis leproſi obtulit. quia ec
cleſia ſuo exēplo hereticos
a lepra aīe ſcꝫ de hereſi cu
rās dn̄o offert ¶ Ibi creſ
cit ⁊ (nardus ) q̄ eſt arbor
aromatica .i. aromatibus
apta ꝫ parua bn̄ redolēs.
⁊ calens. vnde optimū vn
gentū ↄficit᷑ ꝙ ſunt hūiles
⁊ innocētes q̄ ſe corā ꝓxis
puos .i. deſpectos faciūt. ⁊
odore atqꝫ ardore caritatiſ
ſaucios in pctīs vngunt.
¶ Ibi creſcit ⁊ ( crocus )
flos rubicūdus .i. aurei co
loris. qđ ſunt ſapiētes . di
uina ſapīa fulgētes Ibi
creſcit ⁊ ( fiſtula ) breuis
arbuſcula aromatū . q̄ ca
ſia. robuſti ⁊ purpurei cor
ticis q̄ ad curādas viſceꝝ
moleſtias valet. que ꝓ ſui
breuitate a q̄buſdaꝫ inter
herbas odoriferas repu
tat᷑. ꝙ ſūt paciētes ꝓ xp̄o
⁊ ꝓ frībꝰ aīas ponere pa
rati ¶ Ibi creſcit ⁊ (ſyna
momū ) arbor breuis. ſed
odorifera ⁊ dulcis. cinerei
coloris ad medicamētum
vſum fiſtule duplo p̄ſtās
qđ ſunt penitētes q̄ ſe īfir
mos reputant. ⁊ in cinere
pn̄iam agētes. dulcē odo
rem eccīe p̄ſtant Cynamo
mi arbor habet tres corti
ces Dupior dr̄ fiſtula . me
dius cynamomū . tercius
amanū Medius ē dulcior
ceterris. hij aūt ab aliquo
diuiſi ex nimio feruore ſol
ſoluunt᷑ ab arbore Qđ ſūt
monachi q̄ ſe ſoluūt a mū
do amore xp̄i De arbores
creſcunt in illo padiſo cū
vniuerſis lignis libani .i.
cedris ⁊ alijs odoriferis li
gnis qđ ſunt vniuerſi fide
les. q̄ꝝ fides ⁊ opacio ipu
tribilis ⁊ odorifera eſt.
Ibi creſcit ⁊ mirra ⁊ aloe
cū oībus primis vngētis
¶ Mirra ē arbor cuiꝰ ſuc
cus eſt ſtacten. a vmibꝰ ⁊
putredine carnē ↄſeruans
qđ ſunt heremite vel caſti
ſe in vitijs mortificantes.
Et carnem ſuam a putre
dine libidinis ↄſeruantes
¶ Aloe eſt etiā arbor ſua
uiſſimi odoris . adeo vt a
doleat᷑ altaribus vice thi

miamatis.habet vero ſuc cū amariſſimū reſiſtētem putredini.qđ ſūt ɔtinētes ꝑ amaritudinē vite laſciuiā carnis reprimentes.

Prima vngenta ſunt preciosiora. Que de primis floribus precioſarum ſpecierum fiunt.vt illud marie in euangelio ſpicatum precioſum.qđ ſunt plati ꝛ alij primis cariſmatib9 ſpūſſancti.ſ.p̄mis credētiū donis pleni.q̄ cū v̄bo ꝛ exēplo flagrāt.q̄ſi vlcera lāguidaꝝ aiaꝝ curāt ¶ Notandū ꝙ hee ſpēs arboꝝ ꝛ herbaꝝ introducunt.de q̄bus vngenta ɔficiūt.qꝛ ꝑ has notāt ordies electoꝝ q̄i cohortes ī caſtris regis militantiū. q̄ꝝ vulnera ꝑ vngenta curant Jō ꝛ ſpōſam orto ꝛ fonti ꝛ paradiſo cōpat.q̄ſi ei apte dicat.ne timeas pugnare ɔtra acies ( amana ) qꝛ tales bellatores ī comitatu habes. de q̄ꝝ ɔſtantia ꝛ armis ſecura hoſtes ſupabis.ꝛ victrix a me coronaberis. Et tu vulneratoſ in bello herbis tuis curabis.qꝛ tu es ortus medicinaliū herbarum.ꝛ laſſos fluētis tuis refocillabis.qꝛ tu es fons ſpiritalium aquaꝝ. Et viatores pomis tuis ſaturabis.qꝛ tu es paradiſus id ē ort9 pomoꝝ ſpūalium fertuloꝝ ¶ Sciendū vero ad lrām ꝙ ſalomō in libano talem ortū muro ɔcluſit in quo has ſpecies herbarū vel arboꝝ plantatas habuit. Jn quo ꝛ fons iordanis erupit de quo ꝛ ſubditur.

Fons ortoꝝ puteus aquaꝝ viuentiū q̄ fluunt impetu de libano.

Ortoꝝ ideo đꝛ qꝛ ſuperius duos ortos poſuit Aque viuentes ſunt que fluunt Aqua eñ que ſtat q̄ſi mortua ē.q̄ſi viuit que currit.

¶ Notandū ꝙ dicit que fluunt impetu de libano. qꝛ fluēta iordanis cū magno impetu fluunt de libano. Duo fontes ſunt ior ꝛ dan.vbi illi duo cōfluunt iordanē fluuium faciunt.

¶ Jdeo hic habundantia
aquarum introducitur vt
redundancia premiorum
demonſtretur . que victo=
ribus dabitur qui ad fon
tem vite criſtum ⁊ ad pu=
teum aquarum viuētium
id eſt ſpm̄ſanctū puteū ſpi
ritualiū donoꝝ ꝑducunt .
¶ Vñqde decē gña arboꝝ ꝑ
adiſi poſuit . per qd decem
ordines electorum ſpūalis
paradiſi expreſſit . qui ſub
decem p̄ceptis ↄtra vitia
pugnāt vt p̄miuȝ denarij
ſcȝ coronā glorie pcipiant
Talis eſt fruct9 orti . fons
aūt eius . i . irrigatio eius
eſt fons ortoꝝ ⁊ puteus a
quaꝝ viuentiū . que fluūt
impetu de libano . ¶ Fons
eſt vbi flumē fundit . Pu
teus vbi aqua in ꝓfundo
latet . Fons ergo ortorum
eſt euangeliū . irrigacio ec
cleſiarū . in actiua ⁊ cōtem
platiua vita degentium .
Hic fons de libano erupit
in ortum iheruſaleȝ cucur
rit . de monte ſyon fluxit .
omnes ortos orbis irriga
uit . q2 euangelica doctri=
na de criſco erupit in ortū
iheruſaleȝ . i . in primitiua

eccl'ia . cucurrit de monte
ſyon per apoſtolos in gen
tes fluxit . ⁊ omnes eccle=
ſias irrigauit ¶ Puteus
autem aquarum eſt ꝓfun
da lex diuinoruȝ ſenſuum
qui latent in legis littera
vt in profūdo puteo aqua
Que aque ſunt viuentes .
quia eos viuere faciunt .
qui eas ſpiritualiter intel=
ligunt . hee aque fluūnt cū
impetu de libano . quia ve
niunt cum habundancia
de iudaico populo . liba=
nus em̄ dicitur dealbacio
⁊ intelligitur iudaicus po
pulus . diuino cultu deal=
batus . ¶ De hoc libano
fluenta legis ⁊ ꝓphetarū
fluxerūt . ⁊ per apoſtolos
cuȝ impetu in eccleſia gen
tium manauerūt . qui ſcri=
pturas habunde ſpiritua
liter expoſuerunt ¶ Ali=
ter Libanus dicitur cādi=
datio . ⁊ intelligitur criſt9
de caſta virgine natus . de
hoc libano aque cuȝ impe=
tu fluxerunt . quando do=
na ſpiritusſancti tanq̄ ſpi=
ritus torrens in creden=
tes mundauerunt . ⁊ eos
ſcia oīm linguarum reple

uerunt. De hijs aquis ipē
dixit Qui credit in me flu
mina de ventre eius fluēt
aque viue.i.cariſmata ſpi
ritusſancti.q̄ faciūt creden
tes cū deo viuere. Hoc to-
tū hic introducit̄ vt ſciat
ſponſa. ꝙ ita eius bellato
res replent̄ doctrina xp̄i ⁊
donis ſpūſſci Et ita remu-
nerabūt̄ ſicut apoſtoli bel
latores xp̄i repleti ſunt do
ctrina xp̄i.⁊ donis ſpūſſci.
remunerati ſūt p̄mio vi-
te. ¶ Fons etiā ſignificat
eos q̄ capaces ſūt v̄bi dei.
¶ Puteus v̄o eos q̄ vix ī-
telligūt miſteria ¶ Ciſter
na ē collectio aq̄ꝝ pluuia-
liū.qd̄ ſūt dogmata here-
ticoꝝ ¶ Tropologice fidel'
aīa ē (ſponſa) xp̄i ꝑ amo
rē ei ɔiūcta.⁊ pariēs ſpūa-
les filios.i.bona opa Hec
eſt etiā ei⁹ (ſoror) qꝛ eius
regni coheres Qui em̄ pa
ciunt̄ pſecutiōem ꝓpt iuſti
ciā ipoꝝ ē regnū celorum.
Aīa hꝫ ſua mēbra ſibi con
grua Hui⁹ māme ſunt ſtu
dia diſcendi ⁊ legēdi.q̄b⁹
haurit lac. q̄ poſtmodum
puulos.i.īdoctos nutriat.
(vbera ei⁹) ſunt ſapiā ⁊

ſciā. de q̄bus lac doctrine
indoctis miſtrat Eius (vn
gēta) ſunt bone exhortati
ones.q̄bus vulnera aīaꝝ
curat.magis ꝙ vinū ſcl'a-
ris prudēcie (labia eius)
ſunt ɔfeſſio q̄ ore ɔfitet̄ qd̄
corde credit l' pctā in ɔfeſ-
ſiōe apit. ¶ Lingua ei⁹ eſt
interp̄tatio cogitatiōis cū
bonū ɔſiliū cordis ore vel
ſcripto loq̄t̄ (veſtimenta
ei⁹) ſūt v̄tutes q̄b⁹ ita de-
corat̄ vt corp⁹ veſtib⁹. vn̄
ſcribit̄ Induit me dn̄s ve
ſtimēto ſalutis ⁊ īdumēto
leticie. ¶ Aīa etiā ē ort⁹ qꝛ
ſil'is orto.ſ.hoīs ſentēcijs.
vt ort⁹ herb'.plena v̄tuti-
b⁹ vt ort⁹ florid⁹ Qui or-
t⁹ (ē ɔclusus).i.hoīs opi-
b⁹ circūſept⁹ a demōibus
Ip̄a etiā (ē fōs) qꝛ de ea
fluit celeſtis doctrīa.q̄ irri
gat alios ortos ſcꝫ fideles
aīas.q̄ (fons) ſignaculo
ſcē fidei ē ſignat⁹. Aīa ſcā
nihilominus ē (padiſus)
plena ſpūalib⁹ delicijſ. h⁹
padiſi fons ē caritas.q̄ ir-
rigat hūc padiſuꝫ. vt ꝓfe
rat p̄ciosū frcm̄ ¶ Quatu
or fluia padiſi ſunt q̄tuor
principales v̄tutes.ſ.pru

dentia. fortitudo. iuſticia.
tēpantia ¶ Lignū vita ſa
pia. fructꝰ eiꝰ imortalitas
Ligna fructifera vtileſ diſ
ciplīe Fructꝰ lignoꝝ. mo
res pioꝝ ¶ Lignū ſcīe boī
⁊ mali. obſuatio mādati.
vngētaria ligna. ſ. nardꝰ
⁊ crocꝰ ⁊ alia ſunt v̓tutes
caſtitas. bōitas. hūilitas.
⁊ alia īfirmantiū aīaꝝ vn
genta. ¶ Fons ⁊ puteꝰ in
ea ē euāgelica ⁊ legal' do-
ctrina ſiue ſcīa ¶ Anagogi
ce padiſus exultatiōis eſt
hītacio ſcōꝝ in cel'. plena
oībꝰ delicijs In hūc padi
ſū raptꝰ ē paulꝰ. ⁊ in hūc
ītroduxit latronē dn̄s In
hoc padiſo fons q̄ fluit de
loco voluptatis ē xp̄s fōs
vite fluēs de corde prīs. de
q̊ manat vita oīm lignuꝫ
vite ē dei ſapīa. l' ſpūſſcūs
vitā eternā inſpirās oībꝰ
Fons ⁊ puteus aq̄ꝝ viuen
tiū eſt plenitudo oīm gau-
dioꝝ In ceteris hꝰ capl'i
deficit anagoge ¶ Sūt er
go q̄tuor padiſi. ſ. padiſꝰ
voluptatis terreſtris. pa-
diſus exultatiōis celeſtis.
padiſus religiōis eccīaꝝ.
paradiſus v̓tutis aīaꝝ

Poſtq̄ꝫ amana in bello cū
ſuis victꝰ ſuccubuit. Ecce
aq̄lo aliꝰ hoſtis q̄ue belluꝫ
regie ītulit. ſ; victꝰ in ortū
fugit. ibiq̄ꝫ. vt latro ( inſi-
dijs ) latuit ¶ In q̊ dū re-
gina victorē exercitū refi-
ceret Rex aduenit ⁊ hoſteꝫ
latētentē repiens de orto
ꝯfuſuꝫ expulit. atq̄ꝫ auſtꝝ
cultorē orti īuitauit dicēs.

SVrge aquilo ⁊
veni auſter . per
fla ortum meum

Scilicet poſtq̄ꝫ ceſſauit p-
ſecutio tirannoꝝ ⁊ corona
ta ē paciētia ſcōꝝ ꝓtinus
ſurrexit ī eccīa veſania he
reticoꝝ. q̄ atrociꝰ eccīe bel-
lū ītulit. q̄ꝫ priꝰ a paganis
ptulit Perniciosior em̄ eſt
hoſtis q̊ itra menia poſitꝰ
ciues pugnat. q̄ꝫ qui extra
excluſꝰ muros obpugnat
Dū ergo poſt ſudorē pſecu
tionis milites xp̄i in orto
eccīe fruerēt q̄ete pacis ec
ce tortuoſus draco a mar-
tiribꝰ victꝰ de āntro malicie
caput extulit virꝰ pfidie
p agmina xp̄i fudit. Et vt
latro de īſidijs ip̄rouiſꝰ p-
ſiluit atq̄ꝫ īcautoſ milites

telis erroris vſqꝫ qꝫ pro-
ſtrauit Diqdē in auditam
hereſim per malignos ho
mines mētibus fidelium
infudit · q̄ totū ortuꝫ eccie
quaſi q̄dā lepra viciauit
Ded rex glorie xp̄us ſuis
auxiliū p̄buit · dū vniuer
ſam hereſim per ſapiētes
deſtruxit. ⁊ de orto ſuo fla-
gellis anathematis expu
lit Expulſo aūt aq̄lone. au
ſter intrauit. qꝛ eiecta here
ſi de eccl'ia auſter ſcꝫ ſpūs
ſcūs ortū pflauit. dū verā
fidē doctoribus inſpirauit
Et mox fluxerunt orti aro
mata. dū ſci p̄res protule
runt vere fidei dogmata ·
Rex ergo aduenīēs d't ( O
aq̄lo ) hoſtis maligne de
latebris tuis ( ſurge ) ⁊ de
orto meo diſcede tu auteꝫ
( auſter ) cultor orti ( ve-
ni pfla ortū meū ) ⁊ fluant
aromata ( illius ) q̄ ſuffici
ant victoribus Aromata
ſunt adoramiā · ſ. fructus
arborum p̄dictarū nardi
cynamomi ⁊ aliarum li-
bani Ideo dicit fluant · qꝛ
aromata de arboribus ar
dore ſpūs fluunt vt reſina
de cedro vel abiete Aqui

lo eſt ventus dur⁹ ⁊ frigi
dus qui tranſtrīgit ac flo
res necat. Auſter vero
ventus calidus vt blād⁹
qui terram ſoluit ⁊ flores
ꝓducit. Aquilo eſt dyabo
lus qui durā pſecutioneꝫ
eccie intulit ⁊ vt ſtrictā ter
ram fideleſ de fructu bono
rum op̄m ꝓhibuit ⁊ in fi-
de flores p varia tormen-
ta necauit Hic in orto vt
latro in inſidijs latuit dū
victus in pſecutione vir⁹
occultū vt draco heretice
prauitatiſ īfideles euomu
it Auſter aūt eſt ſpirituſ
ſanctus. qui ſua grā ortuꝫ
pflauit dū rectā fidē eccie
inſpirauit ⁊ terrā. i. corda
ſubuerſa de gelu perfidie
ſoluit ⁊ floreſ fidei ꝓduxit
q̊ flante orti aromata flu-
xerunt · qꝛ mox fidei docu-
menta pſcripta p̄rm redū
dauerūt. Eccia vocat̃
ortus p ſil'e qꝛ ſicut in orto
ſunt lilia roſe ⁊ alij flores
⁊ herbe ſalubres. ⁊ item
caredoneſ vrtice ⁊ alie her
be nociue ⁊ inutiles · Dic
ſunt in eccleſia martires.
confeſſores virgines ⁊ alij
fideles Dunt etiam hereſ

tici ciſmatici ⁊ falſi frates In hĳs latet aquilo In illis flat auſter ⁊ de ipſis fluunt aromata virtutuꝫ

¶Aliter per aquilonem mundi aſpera per auſtrū intelligūtur ꝓſpera. Hĳs dicitur permittendo nō iubendo vt ad temptanduꝫ ſurgant · ortum perflent· vt aromata fluant hoc eſt tribulationes fidelibus inferant. vt exemplo paciētie eorum ⁊ conſtantie bene fragrantia vt Job ad multos ꝓfluant· Sepius ꝓſpera ꝙ aduerſa aīmuꝫ temptant qꝛ aduerſa aīm ab illecebris carnis abſtrabunt· proſpera vero ad laſciuiam alliciunt·

¶Tropologice Ortus eſt clauſtrum· flores ⁊ herbe ſalubres fratres in fide ⁊ dilectione vnanimes· vrtice ⁊ herbe iutiles ſunt ypocrite ⁊ falſi fratres Aquilo in orto ad temptanduꝫ ſurgit· dum diabolus per falſos fratres concordiaꝫ fratrum perturbat· Sed auſter veniens ortum perflat ·dum ſpiritusſanctus cōuentum fratrum in pacientia ⁊ concordia corroborat· Aromata fluunt· dum virtutes prius occulte temptationibus probate. ad noticiam proximoꝝ perducunt. ¶Anagoge vero aquilo in orto ſurgit cum antixp̄s adhuc eccleſiam impugnabit ·ſed auſter ortum perflabit·cum gratia ſpiritusſancti· fidelibus cōſtantiam fidei cōtra eum inſpirauerit· tunc aromata orti fluent .quia pro fide criſti martiria redūdabunt ¶Aliter Aquilo ſurgit vt de orto diſcedat · cum occiſo antixp̄o perſecutio de eccleſia receedit Auſter vero ortū perflabit· cū multitudo lapſorū ad penitentiam per inſpirationem ſcīſpiritus redibit· Tūc fluent orti aromata· qꝛ exempla pacientie ⁊ ꝯſtantie ſcōꝝ ſub antixp̄o in eccīa redūdabūt·

¶Aliter Aquilo de orto recedit cum dyabolus de eccleſia vltimo iudicio dānatus diſcedet. Auſter ortum perflabit .cum chriſtus veniens conſolationem ſpiritusſancti eccīam

recreabit Tūc orti aroma
ta fluēt· qñ iuſti eterna p̄=
mia ꝓ meritis recipient.
Aqlone recedēte .⁊ auſtro
in ortū veniente regina a=
romata colliget· qb⁹ victo
res reficit ⁊ regē foris ſtā=
tem ad epulas victoꝝ in=
uitauit dicens.

## Capitulum Quintū·

Veniat dilectus meus in ortum ſuū vt comedat fructum pomoꝝ ſuoꝝ

Scilicet pſecutiōe p xp̄m
ānichilata ⁊ hereſi vbiqꝫ
dāpnata eccia iaꝫ in pace
⁊ concordia fidei degens ⁊
multa temptamenta ſuſti
nens. ſcripta patrū q̄ſi a=
romata collegit· exēplo il=
loꝝ vitū ſpūaliū q̄ſi ꝯuiui
um īſtituit· cui xp̄m itereē
optat vt opus ſuū accep=
tabile fiat dicēs Qui ſe ꝓ
miſit mecū vſqꝫ ad ꝯſūma
tionē ſcti māſuꝝ Ipē nūc
p grām veniat in me ortū
ſuum· vt q me inter pſecu
tores ⁊ hereticos illeſū cu=
ſtodiuit· nūc in pace degē=
tē a tēptatiōib⁹ aduerſita
tū ⁊ pſperitatū iꝯcuſſam
cuſtodiat. Ac de me tales
emiſſiones ꝓducat. qꝫ po
moꝝ fructus ipē comedat
hoc eſt tā ſpūales velit de
me pullulare q̄s ſibi vt ſu
auem cibū velit in corpa͡e.
Poma etem̄ orti ſunt in
eccia electi Fructus pomo
rū ſunt opa bonoꝝ Fruct⁹
pomoꝝ ſuoꝝ dilect⁹ come
dit· cū xp̄s electos p bona
opa ſibi incorporabit. vt
ſint vnū cū deo ſicut cibus
in corpus comedētis verti
tur. Aliter eccia dolens
ſynagogā a fide xp̄i tam
diu ſepari .orat eā ſibi aſ=
ſociari dicens ( Dilectus
meus ) q̄ de me orto ſuo a
quilonē dyabolū p fidē ex
pulit. ⁊ auſtꝝ ſpm̄ ſanctuꝫ
p grām introduxit. ⁊ aro=
mata cariſmatū i me mul
tiplicauit Ipē etiā p grāꝫ
veniat in iudeā ( ortū ſuuꝫ
vt comedat fruct⁹ pomo=
rū ſuorum ) Id eſt vt per
fidē incorpet ſibi multitu=
dinē ꝯuertendoꝝ Mora
liter dilectus in ortum ve=
nit ⁊ fructū pomoꝝ ſuorū
comedit. cum criſtus dona
ſua in cetu ſpiritualium

multiplicauit ⁊ ſe opibus
eorꝫ vt ſuaui cibo refecit.
¶ Iuxta altiorē ſenſuꝫ di-
lectus orti fructū comedit
cū xp̄s electos de hoc mun
do in gloriam ſuam aſſum
pſerit Rex ad ɔuiuiū regie
ingreſſus dicit.

VEni in ortū meū
ſoror mea ſpon
ſa. meſſui mirrā meaꝫ
cū aromatibus meis
Comedi fauū cū mel
le meo. bibi vinū meū
cum lacte meo.

Per mirrā martires Per
aromata ɔfeſſores accipi-
unt Fauus eſt mel in cera
⁊ ſignificat aīas in corpe.
Mel aūt extra ceram aīas
extra corpa Per fauū exp
mūt hij q cū dn̄o corpalit
ſurrexerunt. ⁊ cū eo corpa
liter aſcenderūt. Per mel
aūt aīe ſcōꝝ de inferno per
xp̄m liberatoꝝ. Per vinū
notātur hij q in primitia
eccia alios doctrina inebri
auerūt Per lac hij q lacte
doctrie nutriti ſunt Per
ordines electoꝝ poſuit q̄s
ad gloriā pfectoꝝ pduxit
Denarius quippe numer⁹
q pfectus ⁊ pfectionē inuit
quaſi dicat O eccia ( ſoror
mea ) in hereditate ( ſpon
ſa mea ) in ſp̄uali genera-
tione Ego iam ( veni ) per
incarnationē ( in ortū me-
um ) iudeam Et iā ( meſſui
mirrā cū aromatibus ) qꝛ
collegi ad me meſſeꝫ mar-
tirū in celū cū ɔfeſſoribus
fide ⁊ ope bene olentib⁹ (
Comedi fauum cū melle )
qꝛ quos corpaliter ſuſcita
ui iā in glaꝫ ſumpſi cū aīa
bus q̄s de iferno liberaui.
( bibi vinū cū lacte ) qꝛ do
ctores cū auditorib⁹ iam
angelis i celis aſſociaui di
cens. O vos angeli amici
comedite. ⁊ vos archāge-
li kmi bibite ⁊ inebriami.
qd eſt dicere Hos quos de
terris cū triūpho adduxi.
vt ſuauē cibū vobis aſſoci
ando icorpate. ⁊ vt dulceꝫ
potū in gaudiū vr̄m intro
ducite Et ſicut epulantes
varijs ferculis ⁊ potibus
gaudēt ſaciari Ita gaude
te iſtos vr̄e ɔſortio ānume
rari ¶ Hoc totū ideo repli
cat. q̄ſi eccie gentiū dicat.

Dicut illos de primitia ec
cleſia mea icarnatōe· paſ=
ſione· reſurrectione·⁊ aſcē
ſione iam glorificaui Ita
adhuc ↄuertendos de iude
is gl'ificabo ¶ Diſ'r ⁊ de te
ortos ⁊ in fide pfectos an=
gelis in gloria aſſociabo.
¶ Aliter O ſoror ⁊ ſponſa
tu oras vt veniā in te ortū
meū· ferendo tibi ↄtra mū
di tēptamēta auxiliū·ego
aūt veni in ortū tpe pſecu=
tiōis· ferēs auxiliū marti=
ribus q̊s iam coronaui ꝑ
cruciatibus Veni etiam in
auxiliū ↄfeſſorib9 ↄtra he=
reticos certātib9. q̂s iam
glorificaui in celeſtib9. ita
te ↄtra tēptamēta mundi
certantē iuuabo.⁊ vincen
teꝫ coronabo Jam in orto
meo meſſui mirrā meaꝫ ·i·
martires in eccl'ia amara
ꝑ me paſſos ad me in glo
riā collegi· cū aromatib9
meis hoc ē cū oibus qui fa
ma bonoꝝ opm ſunt inſig
nes vt ↄfeſſores· ¶ Notā
dū ꝙ d't meis·qꝛ heretici
hn̄t ſuos martires ⁊ ſuos
ↄfeſſores·q̄ non xpi ſ; mir=
ra ſunt diaboli Cu iuitas
me ad ↄuiuiū iam comedi

fauū cū melle meo·iā bibi
vinū meū cū lacte meo·
Fauus ſunt hij q̄ in ſcrip=
turis dulcedinē ſpūalis in
telligentie q̄rūt·⁊ alijs di
lucidāt ¶ Vel ſunt hij qui
epulas diuini v̓bi ſibi ap=
poſitas libenter guſtāt· ⁊
hijs in ſaciabiliter veſci de=
ſiderāt. ¶ Vinū ſunt for=
tes celeſtium doctores ali
os ſapiā inebriātes ¶ Lac
ſunt infirmi adhuc audi=
tores q̄ lacte doctrine nutri
unt̃ ad bonos mores Hos
oēs vt dulcē cibū mihi in
corpaui ⁊ vt ſuauē potum
in me tranſfudi · qꝛ oēs in
gloriā aſſūpſi ¶ Nūc allo
quit̃ rex victores in orto e=
pulantes hoc ē oēſ in eccia
de vicijs triūphātes ( Co
medite aīci bibite ⁊ iebria
mini k'mi ) Q̄d ē dicē Vos
eccie bellatores mei aīci q̄
facitiſ que ego p̄cepi meo
exēplo( comedite fauū cū
melle) ·i·tales viros vob̄
aſſociate ·q̄ dulci doctrina
vos eſurientes iuſticiā re=
ficiāt ⁊ meo exemplo ( bi
bite vinū cū lacte ) hoc eſt
tales doctores vobis coad
unate q̄ vos ſicictes iuſtici

am vino ſapie inebrient et lacte doctrine nutriãt Ad ta libus ſapia inebriamini. et repleti caritate eritis mihi kmi. et eritis mihi cibus et potus vt ipi. et vos mihi vt illos incorpabo et mecũ in gloria collocabo ¶ Mo ralit ſpõſus mirrã in orto metit. cũ xps de cetu ſpũa liũ mortificãtes membra ſua et crucifigentes viciis et ↄcupiſcentiis falce mor tis pcidit et in cellaria bti tudinis pducit ¶ Aroma ta metit cũ redolẽtes i vtu tibus ad vitã colligit Fa uum cũ melle comedit cũ dulces in morib? et opib? aſſũit. vinũ cũ lacte bibit cũ ſapiẽtes cũ ſimplicib? ad gl'iam eligit. ¶ Iuxta anagogen xps mirrã et a romata de orto metit cum electos quoſdã in eccia tri bulatiõibus amaritatos quoſdã vtutibus bene olẽ tes in ortum beatitudinis colligit. Fauũ cũ melle co medit cũ doctores dulcedi nis. in dulcedine eterne q̃e tis collocabit. Vinũ cũ la cte bibit cũ ſubditos potũ doctrine hauriẽtes. de tor rẽte voluptatis ſue inebri abit dicẽs angelis Come dite amici bibite et inebria mini kmi. hoc eſt ita gau dete de ſocietate iſtoꝝ. ſic epulãtes letant̃ de diuerſi cibi et pot? ſacietate ¶ Do let q̃ri a quibuſdã vtꝝ hõ eſſet ↄditus ſi angelus nõ fuiſſet lapſus Putant eñ lapſum angeloꝝ cauſã fu iſſe creationis hoim. ſꝫ hij fallunt̃ Ratione q̃ppe docẽ te. et ſacra autoritate ↄſen ciẽte. ſi tota numeroſitas angeloꝝ in celo pſtitiſſet. tñ multitudo hoim in ter ra creata eſſet Et ſicut an gelus in vniuerſitate ha bet ſuũ locũ Ita homo in vniuerſitate habet ſuum. Siquidã tota ſcriptura clamat hũc mundũ pꝑter hoiem factũ. Qď ſi hõ non eſſet creatus cõſequenter et hic mundus nõ eſſet cõ ditus Qď abſurdiſſimum eſt. Quem errorẽ ſpũſſan ctus preuidens. et per ſcri pturam precauens quid ante creatorẽ angeli vel hominis creatum ſit pro nunciat clamans.

In principio creauit deus

celū ⁊ terrā. Celum autē ⁊
terra ē mūdꝰ. Ad q̄d fecit
celū. vt eſſet habitatio an
geloꝝ Ad q̄d terrā. vt eēt
habitatio hoīm· Dn̄o aūt
atteſtante angelus ⁊ hō ſi
mul facti ſūt dicēs ad iob.
Ecce vehemoth quē feci te
cū. q̄d ē dicere· qn̄ feci āge
lum· feci ⁊ hoiem. Sacra
aūt ſcriptura oīa ſimul fa
cta clamat dicēs Qui ma
net ineternū creauit oīa ſi
mul Igitꝛ hō nō ꝓpꝛ ange
lum ſꝫ ꝓpꝛ ſeip̄m factꝰ eſt.
Mūdus aūt ꝓpter ip̄m fa
ctus ē. Et lapſus angeloꝝ
p hoiem repatus ē. qꝛ deꝰ
creatoꝛ hō factus ē· ꝯſequē
ter ⁊ hō deꝰ factus ē Itē
Querit vtꝝ filius dei eēt
incarnatꝰ. ſi hō nō fuiſſet
lapſus Putant em̄ caſum
hoīs· cauſam fuiſſe xp̄i in
carnatiōis Sed hij nō fal
lunt. Ratio em̄ manifeſte
clamat. ⁊ ſacre ſcripture
autoꝛitas cōſonat ꝙ qꝛ hō
in paradiſo peccauit. ꝓpte
rea deus hoiem aſſumpſe
rit. Ab eterno quippe erat
apd̄ deū p̄deſtinatū· ꝙ hō
deificaretꝛ. Sicut em̄ deꝰ ē
imutabilis· ita ⁊ p̄deſtina
tio eius eſt imutabilis. Et
ſi deus non incarnaretꝛ hō
nō deificaretꝛ Et ſic p̄deſti
natio dei imutaretur· q̄d
erat ipoſſibile· Igitꝛ opor
tuit deū incarnari· vt poſ
ſit hō deificari· Huic rōni
videtꝛ autoꝛitas aſtipulari
Siq̄dē an̄ꝙ adam pec
caret· deus per adā p̄dixit
xp̄m de carne adam incar
nandū. ⁊ ecciam ei ꝯiungē
dam Ita dicēs. Erūt duo
ī carne vna hoc apꝉus ita
exponit dicens Sacramē
tū hoc magnū eſt· ego aūt
dico in xp̄o ⁊ in eccia. Ecce
an̄ pctm̄ hoīs p̄dicta eſt in
carnatio dei· quia ergo hō
peccauit. ꝓpterea xp̄s im
moꝛtalis factꝰ ē moꝛtalis·
Qui ſi in ſtatu immoꝛalita
tis naſceretꝛ· nūꝙ moꝛeretꝛ
⁊ hō ſine intꝛpoſitione moꝛ
tis eius deificaretꝛ Q̄d fie
ri non potuit. Quia ergo
xp̄s in illo ſtatu natus eſt
quo mori poſſet ideo mori
voluit Quia vō ad vitam
reſurrexit moꝛtem hoī ab
ſtulit. ⁊ vitā amiſſam red
didit. Et ſicut in illo ſtatu
moꝛtis oēs moriuntꝛ Sic ī
iſto ſtatu vite oēs in criſto

viuificabunt. et ſm imuta bilem p̄deſtinationem dei deificabunt Vnde dicit apoſtol⁹. Elegit nos in xp̄o an̄ mūdi cōſtitutionem. q̄ſi dicat an̄q̄ mūdus eēt ſtatuit de⁹ filiū ſuū incarnari. et nos hoīes in ipō deificari Hūc dū fugit apoſtata angelus in celo in p̄ris claritate regnātē. inuenit eū in mr̄is terre gremio latentē ſeſe q̄nq̄ iudicātem ¶Adhuc q̄rit Si hō in paradiſo pſtitiſſet. vtꝝ mali ex eo naſcerentur Sed ratio docet. qꝛ ſi hō nō peccaſſet iuſtus et immortalis eſſet. Et oēs q̄ in illo ſtatu naſcerentur iuſti et immortales eſſent. Soli ergo iſti naſcerent. Poſtq̄ aūt hō peccauit iniuſtus et mortalis fuit et oēs q̄ in illo ſtatu nati ſunt. iniuſti et mortales p̄ter xp̄m ſolum fuerūt Eſt aūt xp̄s de⁹ et hō Ex oibus ergo iniuſtis q̄daꝫ p xp̄m iuſtificant. vt in ipō deificentur. Cur aūt reliq̄ non deificent vel nō iuſtificent nouit ille q̄ eligit q̄s vult. et abijcit quos vult ¶Huc vſq; plenitudo gentium intrauit. abhīc vſq; ad ingreſſum ſynagoge notat tēpus pacis eccīe. Finito itaq; cōuiuio victoꝝ. regia iuit dormitū. dicēs cubiculi excubitorib⁹ Si rex me querat dicite (qꝛ ego dormio et cor meū vigilat) vt eū excipiat ¶Quaſi magnū cōuiuiū eccīa cū victoribus habuit qn̄ magnū cōſiliū cū multis cōfeſſorib⁹ in nycea cītate habuit In q̄ varia fercula erāt diuerſa capl'a ſcripturaꝝ Quo finito iuit dormituꝫ. qꝛ ibi damnata oī hereſi pſecutio ceſſauit. quies pacis redijt. et eccīa curis ſeculi ſe ſubtraxit diuina officia inſtituit. diuine cōtēplationi vacauit. q̄ nūc dt̄ ipfectis adhuc terrenis in hyantibus Meo exemplo frena poſtponite celeſtia q̄rite. Sicut ego dormicio id ē a negocijs et curis ſcl'i q̄eſco Et cor meū in meditatiōe ſcripturaꝝ et cōtēplatione eterne vite vigilat. vt mā ſura bona pcipiat ¶Regina dormiēte diſſentio int milites eſt exorta nō ab hoſtibus ſꝫ ab ocio nata Qua

increſcente rex reginã exci
tat monet vt ſurgat. tu-
multũ militũ ↄpeſcat. ſed
eccia in ↄtẽplatione q̃eſcẽ-
te multa vitia ĩter fideles
exorta ſunt. vic; noue he-
reſes. diſcordie ſecte. ſciſ-
mata ⁊ alia plura. Unde
xp̃s p ſcripturã eã monu-
it vt q̃etem ↄtẽplatiõis in
termitteret. tumultũ vicis-
orũ exhortando corrigẽdo
ſedaret ❡Et notandũ q
primo corona ſponſe ꝓpo
nitur ꝓ certamine ɔ̈ ama-
na. i. ꝓ ſeuicia pſecutorũ.
Deinde ꝓ labore ɔ̈ aq̃lonẽ
id ẽ ꝓ vexatiõe hereticoꝝ
Nũc tercio p̃miũ ꝓmittit
ei ꝓ vigilãtia ↄtra guttas
noctiũ. i. ꝓ exhortatione ⁊
correctiõe lapſorum Igit
ſponſa repſentat v̂ba ſpõ
ſi ſe excitantis dicens

Vox dilecti mei pulſantis

Ad oſtiũ cubiculi mei fuit
hec (Aperi mihi ſoror mea
aĩca mea. colũba mea im-
maculata mea) vt intrem
ad te q͛ (caput meũ ple-
nũ ẽ rore. ⁊ cincĩni mei ple
ni guttis noctiũ) tota no-
cte ſtãs ſub diuo ⁊ audiẽs
tumultũ militum Cui ego
rñdi (Expoliaui me tuni-
ca mea q̃uo induar illa)
vt ſurgã ⁊ apiam tibi. la-
ui pedes meos. q̃uo inq̃na
bo illos. ãbulãs q̃ p̃cipis.
Hec v̂ba demõſtrãt ⁊ xp̃i
ſollicitudinẽ ergo negligẽ
tes ⁊ errantes vt ſp̃uales
corrigãt ⁊ eccie feruorẽ ad
ↄtẽplatiõe; ⁊ tediũ ad ſcti
admiſtrationẽ Xp̃i p̃ris ⁊
eccie dilecti vox in ſcriptu
ris ad oſtiũ cordis ſp̃uali-
um pulſantis. i. monentis
hec ẽ O eccia (ſoror mea)
q͛ p me coheres regni (a-
mica mea) q͛ p me celeſti
um archanoꝝ ↄſcia (colũ
ba mea) q͛ per me ſp̃uſcõ
repleta (imaculata mea)
q͛ p me a p̃ctis emũdata
(Api mihi) exhortãdo oſti
um cordis eoꝝ q̃ illud peſ-
ſulo malorum opm clauſe
runt. ⁊ gutte noctiũ. i. mẽ
bra demonũ facti ſunt. (⁊
eris ſoror mea) ſi ex here-
des p maliciam feceris co
heredes meos per gratia;
⁊ (eris amica mea) ſi ini
micos ob pfidiam feceris
amicos. per fidei ↄſtantiã

⁊ eris ( columba ) ſi du=
plices coꝛde feceris ſimpli
ces ⁊ eris ( īmaculata ) ſi
maculatos vicijs feceris
immaculatos v̄tutibus (
Quia caput meū plenum
ē roꝛe ).i.fides diuinitatis
mee repleta eſt errore( Et
cincini mei pleni ſunt gut
tis noctiuȝ ).i.fideles mei
repleti ſunt pc̄tis demonū
Quia caput xp̄i deus ē .p
caput intelligit̄ fides diui
nitatis . p ros qḋ in nocte
cadit.⁊ ſolis ardoꝛe rece=
dit.accipitur erroꝛ infide=
litatis.q̄ de nocte ignoꝛan
tie venit . ꝫ luce veritatis
recedit. Cincinni.i.capilli
ſunt fideles.per fidem ca=
piti xp̄o adherētes Gutte
noctiū ſunt lapſi de fideli=
b⁹ vt gutte de capillis in
ſentencias hereticoꝝ Vel
in pc̄tis demonū qui ſunt
noctes ad eťnas tenebꝛas
ducentes . Caput ergo ⁊
ros noctis intelligūtur in
fide diuinitatis errantes.
per cincinos ⁊ guttas no
ctis demonib⁹ in peccatis
conſentientes Hoꝛum coꝛ
dis oſtium aperi mihi do=
cendo vt intrem per gra=
tiam ⁊ habitem in coꝛdi=
bus eoꝛum p fidem.⁊ mā
ſionem mihi in mentibus
iſtoꝝ faciam p bonaȝ opa
tionem Vox eccl'ie xp̄o rñ=
dentis ⁊ quaſi curam ſcl'a
rium recuſantis.⁊ ideo re
gimen fugientis.

Expoliaui me tu
nica mea

Id eſt exui me ſcl'ari ſolli=
citudine ( Quō īduar illa)
id eſt quomodo iterum re
aſſumam illam .Hoc non
dicit quaſi inobediendo . ꝫ
ſecularem honoꝛē fugien=
do Qui em̄ in ſecularibus
p̄ficitur in ſpūalibus deici
tur.qꝛ ſicut coꝛpus tunica
induit̄ .ſic mens ſeculariū
cura implicat̄ Quam exu
tam nolunt ſpirituales re
induere.ſed in ſpirituali=
bus ſoli deo vacare. Voca
ti vero a deo ſuam volun=
tatem poſtponūt.⁊ onus
regiminis cauſa proximo
rum multi ſubeunt . Vn=
de gementes dicunt ( La=
ui pedes meos.quō inq̄na
bo illos ). Pedes aīe ſunt

affectiões. q̄bus ad queq̃
deſideria transfert. ſic cor-
pus pedib9 gradit. quod
ſūt ↄcupia. timor. gaudiū
dolor. Concupiſcit em̄ ter
rena. timet ne mīime adi
piſcat cupita gaudet de a-
deptiſ dolet d̓ amiſſis. Hos
pedes lauit dum terrenas
affectiones lacrimis pm̄e
abluit. Hos iteꝝ inq̄nare
timet. qꝛ q̄ ſclariū in regi-
mīe poſitus ē. vix aut nul-
latenus ſordes pctōꝝ eui-
tare valet Sed cū ſponſa
tardat apire ſponſo pul-
ſanti iam nō voce ſ3 manu
tangit eā. de quo tactu tre
mefacta ſurgit vt ei apiat
qꝛ cū eccīa in ſpūalibus vi
ris curā ꝓximoꝝ ſuſcipe
refugit. xp̄s ei opus obīe
antepoīt. de quo pterrita
faciat ꝓ ꝓximis qd̓ xp̄us
fecit ꝓ inimicis. vnde ſub
ditur.

Dilectus meus
miſit manū ſuā
p foramen. et venter
meus ↄtremuit ad ta
ctum eius

Similitudo eſt ab illo qui
ad oſtium cubiculi amice
pulſat. a cū ei nō apruerit
p feneſtrā manu tāgit eā.
Et itē ſurgens apit ei. Ma
nus dilecti eſt opatio obīe
xp̄i Per manū q̄ppe opus
qd̓ p manū fit exprimitur
Foramen cubiculi dilecte
eſt auris corpis. qd̓ ē cubi
culū aīe. Manū ergo ſuā
dilectus p foramen miſit.
qn̄ p aurem corpis in me-
moriā aīe miſit opus ſue
obīe. qꝛ de glia celeſtis reg
ni egreſſus. laborem hui9
exilij ſubijt a īimicis ſuis
pm̄ama remiſſionē pctōꝝ
a regnum celoꝝ p̄dicauit
q̄tinus eius exemplo labo
rem mūdi ſubiret. vt ꝓxi-
mis in periculo aīe poſitis
ſubueniret (Sed venter)
eccīe ad tactū xp̄i (ītremu
it) qꝛ dū quiſq3 ſpiritalis
fragilitatē ſuā ↄſiderauit
de facto xp̄i ptimuit ne ad
iūctum officiū exēplo xp̄i
minus ydoneus eſſet In o
bediens aūt factus a xp̄o
piret Per ventrē aūt q̄ eſt
molle mēbrū3. fragiles in
eccīa intelligunt. ex q̄bus
tn̄ ſpūales filij gignuntur
Tacta manu ſponſi tre

mefacta( ſurrexi vt apirē
dilecto meo ) Eius exēplo
ſum tacta de mobia mea.
tremefacta ( ſurrexi ) de
loco vbi dormiui .q2 q̄etez
ɔtēplatiōis intermiſi ( vt
apirē dilecto meo ) corda
in malicia īdurata .⁊ a bo=
nitate clauſa ¶ Notandū
ꝙ dilecto voce pulſāti nō
apit. manu aūt tangenti
mox apit. q2 oſtiuz cordis
magis exēplo opis ꝙ̄ vo=
ce p̄dicationis reſerat᷑ .vt
xp̄s ꝑ fidem introducatur
¶ Suſcepto aūt regimīe
cū ſpūalis vir cepit bona
corā ꝓximis opari . ⁊ eos
ad bene opandū hortari .
mox īcipiūt ei mali aduer
ſari Aliqn̄ ab eo correpti
etiam mortē minari .vnde
ſubditur.

Manus mee diſtil
lauerūt mirram
⁊ digiti mei pleī mir=
ra probatiſſima.

Per man⁹ opatio .ꝑ mir=
rā pſecutio .ꝑ digitos ſtu=
dia .ꝑ mirrā ꝓbatiſſimaz
ſūma tribulatio innuitur.
Mirra ꝓbatiſſima eſt op

tima mirra q̄ alibi d2 mir
ra electa ⁊ intelligit᷑ mors
xp̄i. Regia ergo q̄ flāte au
ſtro aromata collegit mir
rā manibus tulit. vn̄ nūc
dicit ( Manus mee diſtil=
lauerūt mirrā ) hoc ē opa
mea q̄ exēpla mortificati=
onis fuerūt. pſecutionis a
maritudinem mihi moue
rūt ( digiti mei pleni mir
ra ꝓbatiſſima id ē ſtudia
mea q̄ erāt imitancia paci
entiā xp̄i mouerunt mihi
tribulationez mortis īſtar
mortis xp̄i .q̄ ab hijs paſ=
ſus eſt quos docuit viā ſa
lutis ¶ Notandū ꝙ tres
crucifixi ſūt xp̄s. latro cō
fitens .latro blaſphemās
Qui inocēter mala ł mor
tē patit᷑ cū xp̄o crucifigit᷑.
Qui nocēs ꝫ pctā ɔfitens
cū latrone ɔfitēte ſaluat᷑ .q
nocēs ⁊ nō ɔfitēs patit᷑ cū
latrone blaſphemāte dā=
natur ( ego ad tactū ſpon
ſi ſurrexi vt apirē ei ) ⁊ ꝑ
mirrā ſtillantē .i. ꝑ amari
tudinē habundantē. quā
exēplo xp̄i paſſa ſum ( peſ
ſulū oſtij mei apui dilecto
meo ) Eccia eſt ciuitas vel
domus vel tēplū dei. cuius

oſtiū eſt fides p quā intra
tur ad prēȝ familias xp̄m
¶ Peſſulū oſtij eſt infideli
tas vel duricia cordis. qua
oſtiū fidei obſtruit̄ ne xp̄s
in domū aīe ingrediat̄ Sȝ
peſſulū oſtij apit̄ dū infide
litas p rōnem deſtruit̄ vel
duricia cordis ſmone blā
do emollit̄ Et ſic pulſans
ſponſus in cubiculū cord
recipit̄. Vn̄ ſcribitur Ego
ſto ad oſtiū ⁊ pulſo ſi quis
aperuerit mihiītrabo ad
eū ⁊ cenabo cum illo ⁊ ille
mecū. Ad oſtiū ſtat xp̄s ⁊
pulſat dū cor malicia clau
ſuȝ. ſupna grā viſitat Sȝ
hoc oſtiū apit · q̄ oblatam
grām p pn̄iam recipit·
Xp̄s ītrabit ⁊ cū eo cēabit
dū aiaȝ penitētis ſapīa re
pleuerit · ⁊ ɔſolatione ſcri
pturaꝝ ſaciauerit Vbi āt
pulſanti nō apit̄. declinat
⁊ trāſit ad eū q̄ ei ianuam
cordis reſerat · vn̄ apte ſb
dit̄ ( At ille declinauerat
atq̧ trāſierat ) Ab illis nā
q̧ declinat q̄ ei cor peſſulo
duricie obſtruūt · ad illos
vo trāſit q̄ ei penitēdo ape
riūt Dil'itudo eſt ab illo q̄
diu ad oſtiū amice pulſās

nō intromittit̄. ⁊ īdignās
regredit̄. Declinat etiam
dilectus ⁊ trāſit · dū diuini
tas ei⁹ mētē cogitātis ex-
cedit Sȝ qꝛ vbi ſermo di-
uinus recipit̄. ibi ꝑtinus
cor in malicia īduratū ad
pn̄iaȝ emollit̄ · rcē ſbiūgit̄

Anima mea liq-
facta eſt vt di-
lectus locutus eſt di-
cens. Api mihi ſoror
mea.

Sponſa oſtium aperiens
⁊ dilectum non inueniens
veīt ad choꝝ filiaꝝ ihrl'm
que ſecū venerant ⁊ q̄rula
voce refert eis ꝙ pulſanti
dilecto nō aperuerit. ꝙ po
ſtea queſitū non inuenerit
ꝙ vo vocatus nō rn̄derit ·
ꝙ cuſtodes ciuitatis eam
plagauerit. vulnerauerit
theriſtrū ei⁹ tulerint · atq̧
anxia rogat. vt ſi eū inue-
nerint · que paſſa ſit eius
amore ei nūciēt ¶ Dil'itu-
do eſt ab illa amica aman
te · que amicū anxia in no-
cte querit. vigiles incauta
incurrit. veſtes pdit · pla-
gas accipit · ⁊ hec poſtea

dolens ꝯſodalibus refert
Per ſpōſam hic in loco in
telligit eccīa penitentiū di
lectū in culpa amiſſū peni=
tendo ⁊ ꝯfitēdo q̄rentiū . ⁊
gemebūda voce filiabus
ihr̄l'm . i . ſpūalibus ⁊ reli=
gioſis in confeſſione ꝯtra=
dicētiū ( Anima mea ) que
aquilone flante in malicia
indurata ē . flante auſtro (
liq̄facta ) eſt ( vt dilectus )
iſta ( locutus eſt Aperi mi=
hi ſoror mea ) quā ſangui
ne meo feci coheredē mihi
Hac voce aīa mea ꝯpūcta
ad exprimendā ymaginē
ſponſi vt cera eſt liq̄facta .
Porro ſpūs . i . ſupior vis
aīe hic loquit . Queſiui co=
gitando diuicias pacīētie
ſue . q̄ me peccātez obſtina
cem ſe ꝓuocantem tā diu
ſuſtinuit ( ⁊ nō inueni ) in
menſam mīam q̄ peccāti=
bus pcit ( vocaui ) clamo=
re cordis volēs ſcire occul
ta iudicia eius . quare ma=
los diu ſuſtīeat . bonos pu
niat . aliquando malos p
penitētiam eligat . bonos
per culpaꝫ obiciat . pares
in culpa vnū ꝯuertat aliū
relinquat ( Et non rn̄dit
mihi ) . i . p ſcripturas non
indicauit mihi . vt non in
meis opibus . ꝫ in ſua mi=
ſericordia fiduciam habe
am Ipē me queſiuit dum
choros angeloꝝ in celis re
liquit . ⁊ me vt ouē errātez
in mundo queſiuit . Voca=
uit qn̄ dixit Conuertimini
ad me filij reuertentes ⁊
ego reficiā vos hanc vocē
cōtempſi Ideo clamātem
me in tribulatione non ex
audit dn̄s Me ita q̄rentez
⁊ vocantem ( Inuenerūt
me cuſtodes qui circueunt
ciuitatē ) ſcꝫ prelati eccīe
verbo ⁊ exemplo cuſtodes
legis dei ( q̄ circueūt ciuita
tem ) . i . ſcriptis muniunt
eccīam . inuenerūt me pec=
catis ⁊ abhominacionib9
plenam pcuſſerunt me ti=
more iudicij ⁊ pctōrum ( ⁊
vulnerauerūt me ) ꝯpun=
ctione ⁊ pnīa ( tulerūt pal
liū meū ) ſcꝫ multitudineꝫ
peccatoꝝ q̄ circūdata erā
p iniunctā pnīam ( cuſto=
des muroꝝ ) id ē doctores
libroꝝ quib9 cingit eccīa
vt muro ſcꝫ ciuitas dei .
¶ Vel palliū . i . velamen
ignorantie abſtulerūt . dū

mibi occulta dei iudicia ex
poſuerūt Cuſtodib⁹ ergo
ciuitatis · cuſtodibus mu
roꝝ q̄ me talem inuenerūt
ꝛ me taliter tractauerunt
cum magno gemitu dixi·

**Adiuro vos filie
ihꝛl'm ſi inuene
ritis dilectū meū ꝛ nū
etis qꝛ amore lāgueo**

Quaſi dicat · Vos ſpirita
les aīe celeſtis ihꝛl'm filie
p fidei ſacramentū vos cō
ſtringo ſi iueneritis in ſcri
pturis dilectū meū·i·ſi le-
gendo intellexeritis opera
dilecti mei Jlle q̄ppe aliuꝫ
inuenit q̄ eius mores vitā
qꝫ cognoſcit · nūcietis ei p
me· hoc ē me doceatis gra
tias agendo ꝛ aliis p̄dicā
do nūciare Jlle etem̄ nūci
at qui alium nunciare do-
cet ( Quia amore lāgueo )
id eſt cauſa amoris ei⁹ cir
ca terrena langueo ꝛ ſola
celeſtia deſidero Et que ſūt
opera dilecti·ſcꝫ ꝙ altiſſi-
mus odio habet peccato-
res ·ꝛ miſertus eſt penitē-
tibus · Et ꝙ vniuerſe vie
domini ſunt mīa ꝛ veritas
Miſericordia ſup penitē-
tes·veritas ſup peccātes
Hoc nūciabitis p me ꝙ ē
diligend⁹·qꝛ miſericordit
pcit hiis qui ei penitendo
oſtiū cordis aperiunt ꝛ iu-
ſte punit hos qui ei ianuā
cordis male viuendo ob-
ſtruūt ¶ Nota ꝙ ſex arti
culos dolētis aīe ponit· qꝛ
in ſex etatibus vel ſex die
bus ſex opa miſericordie
facit·q̄bus ad ſenarii pfe-
ctioneꝫ puenit·ſ·ꝙ aīa ad
vocē dn̄i in ꝯpūctione lan-
gueſcit · Q̄ð eū bona ꝯuer
ſaciōe anxia q̄rit· Q̄ð eum
lamētis inuocat· Q̄ð eius
deſiderio tota die ·i·oī tpe
aduerſis flagellat̄ Dolori
b⁹ vulnerat̄ Rebus necā-
riis deſpoliat̄ Jō aūt hoc
lamentū in cātico amoris
ponit̄· qꝛ aīa fidel' xp̄i ſpō-
ſa p pmam ei ꝯiungit̄ Et
gaudiū erit in celis āgelis
ſup vno pctōre pn̄aꝫ agē
te Hoc lamentū plus tro-
pologice ꝙ̄ allegorice aſ-
ſcribit̄·qꝛ in hoc eccīa peni
tētes ad bonos mores hor
tatur Et ideo hic allegoria

deficit. ¶ Juxta anagogē
aūt eccia pegrinās dormit
et cor eiꝰ vigilat. Qn̄ ad ter
rena et caduca īſenſibilis
fit et ad ſola celeſtia anhe-
lat. Huic vox dilecti pul-
ſat. qn̄ eā p moleſtiam cor
pis vel vicine mortis ad
ſupnaꝫ patriā vocat. Cui
mox apit qꝛ eius vocatio-
nem gratāter accipit. Nā
vt ſoror in hereditatē dn̄i
introducit̄. vt amica ſecre
tis celeſtibus admittit̄. vt
colūba ſpūſcō illuſtrat̄. vt
īmaculata ī thalamo ſpō-
ſi collocat̄. Tunica ſe ſpoli
at. qn̄ corpus deponit. Pe
des lauat qn̄ vel exiguum
puluerē cogitationū p vl-
timam pn̄iam abluit. Di
lectus manū mittit qn̄ eaꝫ
dolore mortis tangit. Sed
venter ad tactū eiꝰ tremu
it. qꝛ de minimis pc̄t̄is q̄ p
fragilitatem carnis cōmi
ſit iudicis ſententiam me-
tuit. Surgit tn̄ vt ei aperi
at. Quia viſionē eius que
ſurſum eſt optat. Manus
eius mirram ſtillāt. quia
opa quibꝰ hic ꝓ xp̄o mor
tificata repreſentat. vt ꝓ
hijs eterna p̄mia recipiat

In ſequētibus anagoge
deficit. Sponſe dilectū ab-
ſentē anxie q̄renti et filias
ihrl'm de eo ſciſcitanti re-
ſpondit chorus filiarum
iheruſalem.

Qualis ē dilectꝰ
tuus ex dilecto
o pulcherrima mulie
rū. Qualis eſt dile-
ctus tuus ex dilecto.
qꝛ ſic adiuraſti nos.

Filie ihrl'm ſunt eccie q̄ ſu-
periꝰ dicte ſunt filie ſpon-
que egreſſe ad videndum
regem coronatū. cū regia
belluꝫ ꝯtra amana inierūt
Et ab ea in ortis r̄fecte ſūt
Et intelligunt̄ eccl'ie de iu-
dea in q̄ ē ihrl'm vel ſpon-
ad fidem xp̄i ꝯuerſe. q̄ cuꝫ
eccia gentiū ſpiritale bel-
lum ꝯtra dyabolū inierūt
et epulis ſpiritalibꝰ. ſ. ſcri
pturis. vel corpe xp̄i refe
cte ſunt. ¶ Interdū in hoc
libro filie ſpon ſunt eccie
de iudeis conuerſe. Filie ve
ro iheruſalem eccleſie de
gentibus vocate. Quia ſi-
cut ad lrām minor ē ſpon

in menijs ⁊ numero inha
bitantiuꝫ. Jhrl'm aūt ma
ior ⁊ edificijs ⁊ numero ci
uium Hic ecclesie de iudeis
paucioris numeri ſunt fi-
deliū· eccīe aūt de gentibꝰ
āplioris numeri ſunt cre-
dentiū. ¶ In hoc loco filie
ihrl'm ſunt eccīe vel aīe im
ꝑfectoꝝ de mr̄e eccīa que ē
ꝑfectoꝝ ſecreta xp̄i diſce-
re volentiū ¶ Et notandū
ꝙ in hoc cātico dramatis.
fit mutatio pſonaꝝ ſicut ī
comedijs gentiliū Prius
quippe introducta eſt vox
eccīe penitētiū ⁊ ecce intro
ducit̄ vox eccīe imꝑfectoꝝ
diſcere volentium. ⁊ mox
ſubſeq̄t̄ vox eccīe ꝑfectoꝝ
alios docentiū. ⁊ hoc totū
fit ꝓpter vnitatem catholi
ce eccīe· q̄ in oībus mēbris
ſuis ē vna ſponſa xp̄i. q̄ in
duabꝰ naturis eſt vna ꝑ-
ſona Et ꝓpter hanc vnio-
nē aliq̄n dt pater maio-
me eſt. Aliq̄n vo ego ⁊ pr̄
vnū ſumus Dicūt ergo fi-
lie ihrl'm ad mr̄ē eccīam
.i. imperfecti ad ſpūales (
Qualis eſt dilectus tuꝰ ex
dilecto. O pulcherrima
mulieꝝ ) hoc eſt dicere O
eccīa mater credentiū pul
cherrima mulieꝝ .i. fide ⁊
ope ⁊ p̄dicatione integer-
rima oīm ſpiritales ꝑtus
edentiū doce nos quā ma-
gnus ſit in diuinitate dile
ctus tuꝰ xp̄s natus ex dile
cto deo pr̄e Et doce nos q̄l
ſit dilectus tuꝰ ex dilecto.
hoc ē q̄m glorioſus ſit per
miracula in hūanitate cō-
ceptus ex ſpūſcō. natus de
vgine mr̄e qꝛ ſic adiuraſti
nos. vel ſic fidei ſacramen
ta docuiſti nos vt criſtum
credamꝰ ex deo patre deū
natum ⁊ hoīem ex matre
factū. q̄ dn̄icus hō dicit̄ ex
ſpūſcō ꝯceptuſ qꝛ nullis p̄
cedentibus meritis. ſꝫ ſolo
dono dei in deitatē ē aſſup-
tus Rn̄dit eccīa ſpūalium
docēs miſteria xp̄i filias
ihrl'm id ē eccīas vel aīas
imꝑfectoꝝ ſcꝫ ſecularium
Quā doctrinā q̄i in decem
membra corpiſ diſtinguit
qꝛ tota ſacre ſcripture do-
ctrina in decalogo legis ex
iſtit Ideo aūt hec miſtica
doctrīa huic capitulo inſe-
ritur· qm̄ de pace eccīe ſcri
bitur. qꝛ ꝓfunda ſapiētie
in pace ſunt diſcenda· inꝑ

ſecutione facienda. ¶ Et hoc notandū ꝙ iſtud capitulum ab hiſtoria ⁊ ab anagoge deficit. Allegoria vͦ ⁊ tropologia ſplēdeſcit qꝛ ad ſolū xp̄m ⁊ ſua mēbra reſpicit.

**Dilectus meus candid⁹ et rubicundus electus ex milibus**

Per candorē ſplendoꝛ ſanctitatis. Per ruborē vͦ notatꝛ ardoꝛ paſſiōis Dilect⁹ eccleſie eſt xp̄s. quem pre vita ⁊ pre omnibus terrenis dilexit. dū in perſecutione honores. dignitates amicicias mūdi eius amore ↄtempſit. ⁊ ip̄am mortem. p varios cruciat⁹ coꝛporis ſubijt. Hic per humanitatem eſt candidus qꝛ de virgine natus. ⁊ a labe peccati mundus Et ip̄e rubicūd⁹ martirio. qꝛ peccatoꝛes lauit ſanguīe ſuo. a deo patre electus ex milibus apl'oꝛuꝫ ⁊ ſanctoꝛum agmībus vt per eū reconſiliaretꝛ mundus. Per millenarium notatur perfectio. Criſtus electus ex milibus ſcilicet ex omnibus pfectis ad redimendū genus humanū qͦd null⁹ alius facere potuit ¶ Et notandum ꝙ p̄termiſſis omnibus v́tutibus ceteris. p duo tm̄ dilectus laudatur vicꝫ per mūdiciam vite ⁊ martiriū. qꝛ p hec fideles ad caſtitateꝫ ⁊ paciam informantꝛ. per que maxime ſaluantꝛ vt ſcribitur ꝯ ſine ſanctimoīa nemo videbit deum Et itē In pacia vr̄a poſſidebitis aīas veſtras. ¶ Secūdm diuinitatē aūt (caput eius aurū optimū) Caput xp̄i ē diuinitas. qꝛ ſicut caput ↄtinet coꝛpus. ſic diuinitas ↄtinet hūanitatē Hoc caput ē auꝝ optimū. i. puriſſimū qꝛ ſicut aurū oīa metalla precellit fulgoꝛe ⁊ dignitate. Ita diuinitas oīa p̄cellit honore ⁊ maieſtate Et hoc auꝝ eſt optimuꝫ. qꝛ diuinitas ē ſūmū bonū. ex q̄ oē bonū vt de fōte ꝓfluit. ſic̄ vigoꝛ oīm ſenſuū a capite deſcēdit (come ei⁹ ſūt elate palmarum) Hoc eſt angelice v́tutes ſpecialiter deo. vt

come capitis inherentes ſunt ſp pulchritudinē ei⁹ intēdentes ¶ Vel come ei⁹ ſunt diuine diſpoſitōne · q̄ ſūt vt elate palmaꝝ recte (Sed nigre q̄ı coruus) q2 ſtultis deſpicabiles ( Ocl'i ſicut colūbe ſup riuulos aq̄ꝝ) hoc eſt dona ſciſpūs q̄ ipē dat amatores ſuos nō in ceno more porcoꝝ volui ꝑmittunt · ſꝫ m ſil'i tudme aq̄ꝝ claros ⁊ perſpicuos reddūt nil tenebroſum habentes Vn̄ ⁊ riuulis ⁊ mū dis aquis nō ſt agnis turbulentis ꝯpant · q2 deū vident ⁊ diuinoꝝ cariſmatū luce replent · q̄ cariſmata q2 ſola grā dant Que (que lacte ſunt lote) Quia ſicut mater ſola dilectione naturali lac filijs miſtrat Sic deus ſola grā dona cariſmatū filijs donat) q̄ue reſidēt iuxta fluēta pleniſſima) q2 quāto de deo clarius vident · tanto magis ad altiora ꝯgnoſcenda m tendūt ( Gene illius ſunt areole aromatum ) hoc ē modeſtia ⁊ pietas q̄ m xp̄o ſingulariter refulſit dulcedine doctrinaꝝ delectabat pñtes · attrahebat abſentes Sicut areole aromatū delactāt odoris ⁊ aſpectus grā aſpiciētes Que areole ſunt ꝯſite a pigmentarijs · i · medicis · ſ · apl'is ⁊ ꝓphetis aīaꝝ medicis · qui ꝯcordi voce nō ſolū xp̄i ſermones ſꝫ ⁊ mores ſacris paginis q̄ı areolis deſcripſere.

¶ Labia eius diſtillant mirrā primā · hoc eſt v̄ba doctrine eius q̄ claritatem regni celeſtis promittunt grauia pacientib⁹ · mirrā primā · i · ꝯtēptum mūdi ⁊ voluptatū p̄dicāt ( man⁹ eius tornatiles ) hoc ē opa eius ſunt polita ⁊ pfcā vt tornatura Que em̄ v̄bo docuit · ope ꝯpleuit · vt de doctrina eius mirantes opibus ꝯfirmaret ( ⁊ hee manus ſunt auree ) q2 v̄tutes quas in hoīe geſſit diuinitatis gl'a pfecit · q̄ nos ad ſpem ⁊ amorē celeſtiū excitant ( plene iacinctis ) Iacinctus ē herba purpurei floris · febres expellēs ſua uitate odoris · qꝫ eſt paſſio xp̄i q̄ expellit morbuꝫ infidelitatis Manus eius plene erāt iacīctis · q2 in cruce

ꝑforate clauis.q̃ſi purpu=
reo ſunt colore reſperſe ru
bore ſanguis ( venter eiꝰ
eburneus ) hoc eſt fragili
tas hũanitatis ē nitēs cā=
dore caſtitatis.⁊ ab oī pec
cato imunis Et hic venter
eſt ( diſtinctus ſaphiris )
qđ eſt lapis ſereno celo ſi=
milis ſub limitatē celeſtiū
ſignificās. qꝫ ptim huma
na fragilitas.eſurie.tēp=
tatiōe.fatigatione. morte
ptim diuina celſitudo mi=
raculis.reſurrexiōe ⁊ aſcē
ſione intelligit̄ ¶ Crura il
lius colūne marmoree hoc
eſt itinera incarnatōis eiꝰ
ſunt recta ⁊ firma.qꝫ quit
q̃t per eū geſtū eſt.aī̄ tpa
a deo diſpoſitū ē ( Que co
lūne fundate ſunt ) ſup (
baſes aureas ).i. ꝓbās
ſapia lucentes .qꝫ talis in
carne apparuit.q̄lis ab il=
lis p̄dictꝰ in diuina diſpo
ſitione fuit( Spēs eius vt
libani ) hoc ē pulchritudo
eius eſt decor oīm ſcōꝝ Si
cut libanus eſt decor oīm
montiū ( Electꝰ vt cedri )
hoc eſt Sicut cedri ſunt p̄
oībꝰ lignis Ita xp̄s ē egre
gius pre oibus ſcis Quō

em̄ libanus altitudine ⁊
amplitudine eſt in ſignis
Ita xp̄s inter oēs q̄ de ter
ra orti ſunt antecellit Et ſi
cut ille mons nobiliū ē fe=
rax arboꝝ Ita ille omnes
ſcōs in ſe radicatos extol=
lit ⁊ ꝯſeruat Et ſicut cedꝛꝰ
pulchritudine. fortitudīe
ſublimitate.odore.oē decꝰ
ſiluaꝝ antecedit Sic dile=
ctꝰ ſpecioſus p̄ filijs hoīm
forma. qꝫ ipē non accepit
ad menſurā ſꝫ totū deū. ⁊
nos oēs de pleītudine eiꝰ
accepimus ( Guttur illiꝰ
ſuauiſſimū hoc eſt internꝰ
ſapor ⁊ dulcedo v̄boꝝ eiꝰ
quā pauci guſtant.ē ſua=
uiſſima. qui autē guſtant
amplius eſuriūt. Guttur
